Quarto sciendum ꝙ sicut locatū mēsurat intrinsece ꝑ lōgitudinē latitudinē ⁊ ꝓfunditatē eius: sic etiā mēsurat extrinsece s̄m tres dimēsiōes loci in quo suscipit. sicut vinū mēsurat s̄m lōgitudinē latitudinē ⁊ ꝓfunditatē sup̄ficiei ꝯcaue vasis in quo suscipit: ꝑ hoc habetur ꝙ locus ē quātitas: qr ē mensura sb̄e: ⁊ ꝙ sit cōtinua patet. qr ꝑtes ei⁹ copulant ad eundem terminū cōēʒ ad quē partes corporis copulant: qr sicut ꝑtes corporis locati oēs copulātur ad cētruʒ ei⁹ sic ēt oēs particule loci: qr est idē cētrū s̄m reʒ qḋ est centrū locati itrinsecum ⁊ extrinsecuʒ loci. ⁊ sunt equales diametri ꝓtense a sup̄ficie que ē loc⁹: ⁊ a superficie locati vsqʒ ad cētrū eius: ⁊ sic diametri loci ⁊ locati ad idē cētrū copulant: ⁊ isti diametri dicunt partes loci nō eēntie ei⁹: qr iste partes sunt sup̄ficies. sed dicūt ꝯtinuatiue loci. ⁊ etiā lʒ partes corporis i quātuʒ corpus copulent ad superficiē. tn̄ partes ei⁹ vt est locatū copulant ad cētrū ⁊ etiā partes locati.

Contra predicta primo arguit sic. Motus localis ꝑmi mobilis in q̄ ē tp̄s sbiectiue ꝑus ē ꝯtinuus q̄ʒ sit tp̄s. qr dat tp̄i ꝯtinuitatē. ⁊ tn̄ ille mot⁹ nō ē spēs quantitatis g̃ a maiori tp̄s nō ē quātitas. ❡ Scḋo sic. oē illud cui⁹ ꝑtes ad eūdē terminū copulant hʒ sil̄ plures ꝑtes: sʒ tp̄is nō p̄nt eē plures ꝑtes sil̄ g̃ partes ei⁹ nō copulant ad aliquē eūdē terminuʒ ⁊ sic nō ē quātitas cōtinua. ❡ Tertio sic: numer⁹ n̄ ē quātitas ꝯtinua sʒ discreta: sed tp̄s ē numer⁹ mot⁹ g̃ nō ē quātitas cōtinua. ❡ Quarto sic: superficies ⁊ locus dicūt idē reali seu eēntialr̄ g̃ nō sūt spēs distincte. g̃ loc⁹ male ponitur alia spēs quātitatis a superficie. ❡ Quinto sic: oē illud qḋ mēsurat s̄m tres dimēsiōes icludēs ipsas ē corp⁹. sed loc⁹ hʒ lōgitudinē latitudinē ⁊ ꝓfunditatē: ⁊ mensurat s̄m ipsas. ergo locus nō est spēs a corpore distincta.

Ad argumenta. Ad ꝑmū dicit ꝙ lʒ mot⁹ localis s̄m esse sit ꝯtinu⁹: nō tn̄ s̄m eēntiā ei⁹ q̄ est vbi fluēs. ⁊ qr res ponit i gn̄e s̄ʒ suaʒ eēntiā: iō mot⁹ nō est q̄ʒtitas. sʒ tp̄s est ꝯtinuuʒ s̄ʒ reʒ ⁊ eēntiā simul. lʒ effectiue capiat ꝯtinuitatē a motu. ideo magis ponit in p̄dicamēto quantitatis q̄ʒ motus. ❡ Ad secundū dr̄. ꝙ lʒ plures partes tp̄is nō possint esse simul permanētes. tn̄ p̄nt esse simul plures successiue ⁊ in fieri. quod sufficit ad hoc ꝙ copulent ad eundē terminū cōēʒ. ❡ Ad tertiū dr̄. ꝙ lʒ tp̄s sit materialis numerus ⁊ numerus numeratus. nō tn̄ ē numer⁹ formalis. sed solū formalis ē q̄ʒtitas discreta. ❡ Ad quartū dr̄. ꝙ si loc⁹ ⁊ superficies ꝯsiderent materialiter q̄ʒtuʒ ad id quod sūt dicūt idē eēntialiter: sʒ si ꝯsiderantur formalr̄ quātuʒ ad suos modos mēsurādi sic spē differūt ⁊ formalr̄ distinguunt: qr superficies mēsurat itrinsece s̄m duas dimensiōes tm̄: locus vo extrinsece s̄m tres dimensiones. ❡ Ad q̄ntuʒ dr̄: ꝙ lʒ locus habeat tres dimensiones s̄m cōtinētiam eius. sʒ tn̄ eēntiaʒ hʒ duas tm̄. s. lōgitudineʒ ⁊ latitudineʒ. ⁊ soluʒ illud est corpus qḋ s̄m eēntiā habet tres dimensiones.

❡ His visis dicēduʒ est de cōitatibus quātitatis Prima cōmunitas est ꝙ quātitati nihil est contrariū: vt bicubito tricubito: vel superficiei nihil ē cōtrariū: qr cōtrarietas primo inest qualitatibus: ⁊ non oībus. sed quibusdaʒ: quātitas autem nō ē qualitas: quare nō sequitur ꝙ cōtrarietas ē i quātitate. Iteʒ quātitas non suscipit magis neqʒ minus. Nō. n. vna linea magis est linea quā alia linea: ⁊ ternari⁹ nō ē magis numerus quā binari⁹: ⁊ sic de aliis. item propriū est quātitati s̄m eam equale vel inequale dici: vt vnus numerus ē equalis vel inequalis alteri nūero: ⁊ corp⁹ alteri corpori ⁊ linea alteri linee: ⁊ ita de singulis.

❡ Postq̄ʒ auctor superius determiauit de quātitate s̄m se ⁊ q̄ʒtuʒ ad suas spēs. Hic cōsiter determinauit de ipsa q̄ʒtuʒ ad suas ꝓprietates q̄ fluunt ab ipsa ꝯsiderata per inclinationeʒ ad materiā ⁊ ad sua iferiora enumerās tres ꝓprietates ipsius. Quaʒ ꝑma ē. q̄ʒtitati nihil est ꝯriū. Cuius rō est: qr illud nō hʒ ꝯrium quod i mā p̄cedit oēm ꝯrietatē. sʒ quantitas i materia siue i substātia mālí precedit oīa cōtraria. g̃ q̄ʒtitas nō hʒ cōtrariū. minor pʒ. qr ꝯria recipiunt in mā per motū ⁊ mutationē. qr ab eodē subiecto mutuo se expellūt. sed substātia nō subicit motui nisi per q̄ʒtitateʒ: qr oē qḋ mouetur opʒ esse diuisibile ⁊ protensuʒ sed substantia non est diuisibilis nisi per quantitatem. ideo per eaʒ subiicitur motui. hanc etiam ꝓprietatem ꝓbat inductiue auctor in textu declarando eam exemplariter i diuersis speciebus quantitatis.

Primo sciēduʒ ꝙ q̄ʒtitas duplr̄ considerat. Uno mō s̄m simpliceʒ ei⁹ eēntiā. vel sub rōne mensure. vt cōsiderat a mathematico vel a logico. ⁊ sic in q̄ʒtitate nō est mot⁹ nec ꝯrietas nisi capiat ꝯrietas pro repugnantia duaʒ differentiarū vniꝰ generis cōdiuidentiuʒ. Alio modo cōsideratur vt est terminus rei naturalis put dicitur i secūdo de aia. ꝙ in oībus viuentib⁹ posit⁹ ē certus termin⁹ augmenti ⁊ decrementi ab aia. ⁊ sic in ipsa est ratio perfecti ⁊ imperfecti: ⁊ sic in ea reperitur cōtrarietas accepta generaliter ꝓ quacūqʒ repugnantia perfecti ⁊ imperfecti: ⁊ isto modo cōsideratur in naturalibus. ⁊ nō i logica. ⁊ hoc modo in illa ē mot⁹ ad quē sufficit talis ꝯtra-

rietas fm pfectiõe z imgfectiõe:qr nõ opz ĝ motū eē inter fi ls q̃ ɔ̃rianẗ fm fuas formas:vt pz de motu gest de min⁹ al bo ad magis albū:z p hoc ɋ nõ hẽ ɔ̃riū vt capit hic ɔ̃rivz p ɔ̃rio pfecto cõuenit quãtitati oĩ:sed nõ soli:qr ɔ̃uenit substãtie:z sic est ppriū scõo mõ ipsi quãtitati.

Secundo sciẽdū ɋ scõs ɔ̃pıetas quãtitatis est ɋ quãtitas nõ suscipit magis z minus. Cuius rõ est:qr suscipere magis z minus ẽ aliqd perfici in suo ppıo esse specifico:sed quãtitas nõ põt magis nec min⁹ perfici in suo ppıo esse:qr esse eius ɔ̃sistit in indiuisibili:vt pz in numero:qr ipsi addita vel ablata quacũqz vnitate variaẗ spẽs numeri:iõ in ipso ppıium esse speciei nõ põt variari fm magis perfectuz z minus pfectū similiter patet de quantitate cõtinua:qr in ipsa remota vel addita aliqua parte quãtitatis quãtũcũqz parua variaẗ species quãtitatis ɔ̃siderate sub rõne mensure:qr si ibi fit equalitas:z fiat additio vel remotio fit lequalitas que semper est inter diuersas spẽs:z sic patet ɋ quantitas ɔ̃tinua nõ põt magis vel minus perfici specie remanente eadem.

Tertio sciẽdū ɋ magis z minus z maius z minus adinuicẽ differũt:qr maius z minus attenduntur fm maiorẽ vel minorẽ additionẽ partium quãtitatis:z acquiruntur per augmẽtationẽ vel diminutionez. sed magis z minus dicũt maiorem vel minorẽ pfectionẽ proprii esse forme fm ɋ in subiecto est:z fiunt fm additionez vel remotionẽ perfectionis forme in subiecto. z iõ lz quãtitas bene suscipiat maius z minus extẽsiue p augmentationem vel diminutionez.non tamen oportet ipsaz suscipere magis z minus intensiue:qr sic illa differunt inter se z ẽ hec ɔ̃pıetas propria scõo mõ quantitati sicut z precedens.

Quarto sciendum ɋ tertia ɔ̃pıetas quantitatis ẽ: propriū est quantitati fm eaz equale vel inequale dici:vt fm duas lõgitudines duo corpora dicuntur equalia vel inequalia z fm duos numeros eiusdẽ speciei aliq̃ue res numerate dicunẗ equales. Et rõ hui⁹ est qr equalia sunt q̃ sibi supposita seinuicez nõ excedũt. z lequalia sunt quoz vnū excedit aliud. Sed excessus ex parte mẽsure sumiẗ:et mẽsura sumiẗ fm quãtitatez:z solũ fm ipsã ergo oĩ quãtitati z soli cõuenit fm eam equale vel iequale dici. Itẽ equalitas est rez differẽtiũ eadẽ quãtitas ĩ spẽ. Inequalitas aũt est rez differẽtiũ diuersa quãtitas:z ideo equalia sunt res diuerse eiusdẽ quantitatis inter se: iõ solum fm quãtitatez aliqd diciẗ equale vel iequale:z sic ista proprietas est ipsi quantitati quarto modo propria.

Sed contra predicta ꝑmo arguitur sic. oĩs mot⁹ est de ɔ̃trario in ɔ̃trariū sz in quãtitate est mot⁹.s.augmẽtatiõis z diminutionis ḡ ĩ quãtitate ẽ cõtrarietas:z sic hz cõtrariū. ¶ Scõo sic: locus sursuz z locus deorsum cõtrarianẗ:z tñ sunt quãtitatẽs.ergo quãtitati ẽ aliqd ɔ̃rium. ¶ Tertio sic.quãtitas magis z min⁹ pficiẗ fm eẽ quãtitatis:qr numerus hz pfectius esse ĩ quaternario q̃z in binario.ergo suscipit magis z minus. ¶ Quarto sic:fm iequalitatẽ aliqd dr̃ eẽ iequale vl̃ equale p equalitatẽ:z tñ equalitas vel iequalitas sũt relationes ergo nõ cõuenit soli quãtitati fm eaz equale vl̃ inequale dici. ¶ Quinto sic.fm vtutẽ duo hoĩes dicunẗ equales vtute:z tamẽ vtus nõ est quãtitas ergo nõ est ppriũ quãtitati fm eaz equale vel inequale dici.

Ad argumenta Ad primū diciẗ ɋ lz ĩ q̃ztitate ɔ̃siderata fm suuz eẽ physicuz sit motus z cõtrarietas iperfecta:tñ in quãtitate cõsiderata sub rõne mẽsure nõ est motus nec ẽt contrarietas:z soluz isto mõ in logica ɔ̃sideratur. ¶ Ad scõz dr̃:ɋ si locus sursuz z locus deorsuz cõsiderent fm suas eẽntias vel rõne mẽsure nõ cõtrarianẗ. Sed si cõsideranẗ q̃ztuz ad qualitatẽ z ĩfluẽtiã que sũt in illis diuersis locis bene ɔ̃rianẗ:sed illo mõ nõ sunt in genere quãtitatis: qr nõ dicunt simplicẽ formã de gñe quãtitatis sed iportant quãtitatez cũ qualitatib⁹. ¶ Ad tertiũ dr̃:ɋ lz quãtitas possit magis z minus pfici in esse diuersaruz spẽrũ. fm ɋ vna spẽs pfectior ẽ altera:non tñ põt magis z minus perfici ĩ ppıo esse vni⁹ spẽi:qõ tamẽ ad susceptionẽ magis z minus requiritur. ¶ Ad quartũ dr̃:ɋ lz fm equalitatẽ aliqd dicatur formaliter equale:nõ tñ effectiue:sz hoc soluz conuenit quãtitati z in ista ɔ̃pıetate hec ɔ̃positio fz dicit soluz circũstãtiaz cause efficiẽtis ɔ̃pinque:z nõ cã̃e formal̃. ¶ Ad qntū dr̃.ɋ lz aliq dicanẗ equales vel iequales fm vtutẽ.hoc nõ est ɔ̃pıe fz solũ similitudinarie.sz ɔ̃pıe dr̃ similes vel dissimiles fm suã vtute.sz fm ɋ illa vtus mẽsuratur p respectũ ad obiectũ hz modũ quãtitatis z mẽsure.iõ similitudinarie aliq dicunẗ equales fm vtutẽ eodez modo quo ipsa ẽ quantitas fm quãdaz similitudinem.

¶ Capitulum de ad aliquid seu relatione.

Ad aliquid vero talia dicuntur quecũqz hoc ipsuz qõ sunt aliorũ esse dicuntur vel quõlibet aliter ad aliud:vt duplũ dimidii duplũ z dimidium dupli dimidiuz:z pater filii pater:z filius patris filius:z maius minore maius:z minus maiore minus. Uel sub habitudine alterius casus:vt similis simili similis: vicin⁹ vicino vicinus. Relatiuorum tres sunt species. Quedam dicuntur fm equiparantiam vt quecũqz eodem nomine dicuntur:vt similis simili similis:z equalis equali equalis:z vicinus vicino vicin⁹. alia vero fm suppositionem:vt dominus duplũ triplum qr ista supraponũtur aliis sicut dñs seruo supponitur. alia vero scdm̃ suppositiõez:vt seruus supponitur dño z filius patri:z subduplũ siue dimidiũ qõ idem est duplo:z sic de aliis.

¶ Postq̃z auctor determinauit de scõo ꝑdicamẽto qõ ẽ q̃ztitas. Hic ɔ̃sͭer determinat de tertio.s.de ad aliqd seu de relatione. Et rõ ordinis est:qr oẽ accñs respectiuuz hz cognosci per absolutũ in quo fundaẗ.z p qõ inest substantie:sed relatio est accñs respectiuũ z fundaẗ in quantitate qr plures relatiões fundanẗ in quãtitate q̃z in aliquo aliorũ ꝑdicamẽtoz:qr in ea fundanẗ generaliter oẽs ɔ̃portiões numeroz:vt duplũ dimidiũ triplũ quadruplũ: z sic de aliis.z oẽs ɔ̃portiones cõtinuaz quãtitatum:z iõ relatio maxime hz cognosci p quãtitatez. iõ lz ordine nature qualitas qõ est accidẽs absolutũ ꝑcedere debeat relationez.tñ ordine doctrine relatio cõuenıẽter poniẗ ante qualitatez.z post quãtitatẽ ɔ̃pter causaz prius dictam.

Primo sciendum ɋ ꝑdicamẽta accidẽtiuz distinguunẗ fm diuersos modos denominatiue ꝑdicãdi de ꝑma substãtia.z qr ad aliqd hz vnũ modũ spãlem denoiandi ꝑmã substãtiã.qr denoiat in hoc qõ ẽ ad aliqd se hñe fm mutuã depẽdẽtiã.iõ ad aliqd ɔ̃uenıẽter poniẗ vnũ predicamẽtuz ab aliis distinctuz. z ɔ̃uenientius denoiatur p ad aliqd q̃z p relatiuũ siue relationẽ. Cuius rõ ẽ.qr relatio dicit eẽntiã relatiõis fm se sine respectũ ad terminũ eius vel ad suuz sbm̃.cuz sit nomẽ abstractuz iõ significat eã vt cõceptã tñ z nõ fm suuz eẽ. z relatiuuz iportat eẽntiã relatiõis per respectũ ad suum sbm̃. z cum dependentia referibilitatis.z nõ iportat terminum ei⁹ dependentie.sed ad aliquid iportat istam eẽntiaz quantaz ad eius dependentiã.p hoc ɋ dicit ad hec.n.ɔ̃positio ad dicit dependentiam ad aliquẽ terminũ.z cũz hoc iportat terminuz illi⁹ depẽdẽtie p hoc ɋ diciẗ aliqd.z qr ista duo cõueniunt formalr̃ nature hui⁹ ꝑdicamẽti.s. dependentia et terminus depẽdẽtie.iõ natura huius predicamẽti meli⁹ notificatur quãtuz ad suuz esse formale in noie ad aliqd q̃z p relatiuũ qd dicit essentiam illaz.per respectuz ad suũ mãle subiectũ. vl̃ p relationẽ q̃ dicit illã eẽntiã. vt ɔ̃ceptã tñ. vñ res dz denoiari eo mõ quo pfecti⁹ z facili⁹ notifi-

cat. iõ hoc p̄dicamētū ꝯueniēti⁹ p̄mo a platone noīatuȝ ē ad aliqd: ⁊ sic diffinit̄ in textu. Ad aliqd vō talia dicūt̄ q̄cunqȝ h̄ ipsū q̄ sūt aliorū dicūr. vel quolibet aliter ad aliud.

Secundo sciēduȝ: q̄ duplicia sūt relatiua: q̄daȝ relatiua s̄m eē que solū habēt eē relatiuū hui⁹ gn̄is: ⁊ nō h̄nt eē alteri⁹ gn̄is: vt p̄r ⁊ fili⁹. Alia sūt relatiua s̄m dici: que habēt eē alteri⁹ gn̄is q̄ȝ relatiōis ⁊ vltra hoc h̄nt respectū accidētalē ad aliud quo dicunt̄ relatiua s̄m dici: vt scientia que h̄ȝ esse absolutū de genere qualitatis: ⁊ vltra hoc īportat respectū ad ipsū scibile. Et ideo ꝑꝑ relatiua s̄m eē ponitur p̄ma pars hui⁹ diffinitiōis. s. quecunqȝ hoc ipsū q̄ sunt aliorū dicunt̄. i. quoruȝ totū esse est respectiuū. Et ꝓpter relatiua s̄m dici ponitur s̄cda pars. s. vel quolibet aliter ad aliud. i. aliquo mō ad aliud referūtur ⁊ in hac diffinitiōe ponit̄ dicunt̄ ⁊ nō sūt: q̄ hic cōsiderantur relatiua nō inq̄ȝtū sunt entia: s̄ȝ inquātum sunt dicibilia. Et ponitur talia ad denotandum q̄ relatiua semꝑ fundant̄ in aliquo accidēte absoluto: ꝑ q̄d s̄bē insunt. tale enim est denominatiuū accidētis absoluti ⁊ ꝑ hoc p̄ȝ q̄ si capiat̄ ad aliqd generaliter vt cōprehēdat tam relatiua s̄m eē q̄ȝ s̄m dici. hec diffō est conuertibilis cum ipso: sed si capiat̄ sp̄aliter solū pro relatiuis s̄m eē q̄ tm̄ ponunt̄ in p̄dicamēto isto: sic nō est ꝯuertibilis cū ipso ad aliquid. iō p̄mo mō d̄ȝ hic capi ad aliqd analogice ad omnia relatiua: ⁊ non vt est vnum genus generalissimum eorum que sunt in genere relationis.

Tertio sciendū: q̄ relatiuū diuidit̄ ī tres sp̄es: q̄ quedā sūt relatiua eq̄parātie: q̄dā suppositionis: ⁊ q̄dā suppositiōis: quorū sic habet̄ sufficiētia: q̄ oē relatiuū dicit respectū vni⁹ ad alterū. vel q̄ dicit respectum eq̄lē ⁊ sic sūt relatiua eq̄parātie. vel dicit respectū inequalitatis: ⁊ hoc ē duplr̄: vel dicit respectū excessiue minoris ad maius: ⁊ sic sūt relatiua suppositiōis: vel excedētis vel maioris ad minus: ⁊ sic sunt relatiua superpositionis.

Quarto sciēdum q̄ relatiua eq̄parātie sunt q̄ eodem noīe nūcupant̄: ⁊ hoc ꝯuenit eo q̄ vtrūqȝ eorū īportat relationē eiusdē sp̄ei q̄ fundatur supra eandē formā in sp̄ē: vt sunt vicin⁹ cū vicino: ⁊ similis cuȝ simili. Sed relatiua suppositiōis sūt q̄ s̄m sua fundamenta ponunt̄ sup sua correlatiua: vt p̄r q̄ q̄ȝtū ad suū fundamētum q̄d est generatio actiua ponit̄ supra filiū: ⁊ dn̄s q̄ȝtuȝ ad obligationē actiuaȝ supra seruū: ⁊ est cā eius. Sed relatiua suppōnis sunt q̄ s̄m sua fundamenta ponuntur s̄b suo correlatiuo: vt filius quātuȝ ad suū fundamētū q̄d est generatio passiua ponitur sub p̄re ⁊ seruus sub dn̄o.

Sed contra predicta p̄mo arguit̄ sic: ptes s̄be ⁊ silr̄ scia ⁊ h̄itus nō sūt relatiua: ⁊ tn̄ aliquo mō dicūr ad aliud. q̄ ista diffō ꝯuenit aliis a diffinito. q̄ nō ē bona. ¶ Sc̄do sic: p̄rnitas est ad aliqd. ⁊ tn̄ nō refert̄ ad aliud: q̄ nō d̄r p̄rnitas filii p̄rnitas. q̄ ista diffinitio nō ꝯuenit oībus relatiuis. ¶ Tertio sic: p̄rnitas ⁊ p̄r eodē nūcupant̄ noīe: ⁊ tn̄ nō sūt relatiua eq̄parātie sed suppositiōis. q̄ male d̄r q̄ relatiua eq̄parātie sūt q̄ eodeȝ noīe nūcupant̄. ¶ Quarto sic: oēs sp̄es eiusdē gn̄is eq̄liter sub eodē gn̄e ꝯtinent̄. ⁊ vna nō ponit̄ supra aliā: q̄ sp̄erū relatiōis nulla ē supposito: neqȝ supposito. ¶ Quinto sic. eorū q̄ supra se ponūtur vnū p̄dicat̄ de alio: sed vna sp̄es relatiōis nō p̄dicat̄ de alia. q̄ vna nō ponit̄ supra aliam. ergo male ponūtur relatiua suppōnis ⁊ suppōnis.

Ad argumenta Ad primū dicit̄ q̄ lȝ ptes s̄be silr̄ scia ⁊ habitus et multa alia talia nō sint relatiua s̄m esse. tn̄ sunt relatiua s̄ȝ dici: ꝓut cōsequēter h̄nt respectuȝ quēdaȝ ad aliud: vt partes ad totū scientia ad scibile: ⁊ habit⁹ ad h̄nteȝ: modo hic diffinitur ad aliquid generaliter ꝓ relatiuis s̄m eē ⁊ s̄ȝ dici. iō hec diffinitio nō cōuenit aliis a diffinito. ¶ Ad secūdum d̄r: q̄ lȝ p̄rnitas non referat̄ in abstracto actualr̄ ad aliqd: tn̄ refert̄ aptitudinaliter ⁊ actualr̄ ī cōcreto. ¶ Ad tertiū d̄r. q̄ lȝ p̄rnitas ⁊ p̄r respectu suoruȝ correlatiuorū sint relatiua: nō tn̄ adinuicē. iō nō sunt relatiua eq̄parantie: q̄ nō referunt̄ inter se sub eodeȝ noīe. ¶ Ad quartum d̄r. q̄ si iste sp̄es ꝯsiderentur s̄m suas eēntias ⁊ formalr̄: sic vna nō ponit̄ supra aliam: sed si ꝯsiderent̄ materialiter ⁊ q̄ȝtū ad sua fundamenta vna h̄n̄ ē supra aliā. ¶ Ad quintus dicit̄. q̄ illorū q̄ ponūtur s̄ȝ sub ⁊ supra s̄ȝ ordinē subiicibilis ⁊ p̄dicabilis vnū p̄dicat̄ de alio: nō tn̄ de aliis que ponūt̄ s̄ȝ sub ⁊ supra s̄ȝ ordinē cāe ⁊ effect⁹ siue p̄ncipii ⁊ p̄ncipiati: ⁊ hoc mō ista relatiua ponūt̄ supra seinuicem.

¶ Post hec aūt sequunt̄ cōitates relatiōis. Prima est q̄ cōtrarietas est in relatione: vt virtus cōtraria est vitio: cum vtrūqȝ eorū sit ad aliquid. hoc aūt nō cōuenit omni relationi. Duplo eni nihil est cōtrariuȝ neqȝ triplo. Item relatiua suscipiūt magis ⁊ minus: vt simile d̄r magis ⁊ minus silr̄: ⁊ silr̄ iequale: sed hoc nō cōuenit oībus relatiuis. duplum. n. non d̄r magis ⁊ minus duplum: neqȝ triplum: neqȝ pater.

¶ Postq̄ȝ auctor superi⁹ determinauit de relatiōe s̄ȝ se ponēdo diffōnē ⁊ diuisionē ei⁹ ꝑ suas sp̄es. Hic ꝯñter determinat de ipsa s̄ȝ suas ꝓprietates: ⁊ iter ipsas p̄mo ponit duas cōitates relatiuorū. Quarū p̄ma ē. q̄ ꝯtrietas ē i relatione sic̄ vtus ⁊ vitiū ꝯriant̄ ⁊ tn̄ sūt relatiua s̄m dici lȝ simplr̄ sint de p̄ma sp̄ē qualitatis: virt⁹. n. d̄r relatiue ad virtuosuȝ: ⁊ vitiū. ad vitiosuȝ. iō in relatiuis reperit̄ ꝯtrietas.

Primo sciendū q̄ duplicia sūt relatiua, vt dictū ē. s. relatiua s̄ȝ eē ⁊ s̄ȝ dici vñ i relatiuis s̄ȝ eē nō repit̄ ꝯtrietas. Cui⁹ rō ē. quia ꝯtria sūt forme actiue ⁊ passiue q̄ mutuo se expellūt ab eodē s̄bo, vt p̄ȝ ex ꝯdiffōne eorū. s̄ȝ relatiua s̄ȝ eē nō sūt forme actiue aut passiue. nec sua actiōe se ab eodē s̄bo expellūt. q̄ forme actiue ⁊ passiue sunt forme absolute. iō relatiua s̄m esse, nō possunt h̄re ꝯriuȝ. sed aliquib⁹ relatiuis s̄m dici ꝯuenit h̄re ꝯriuȝ.

Secundo sciēdum q̄ relatiua s̄ȝ dici dupliciter ꝯsiderant̄. Vno mō formaliter. inquātū relatiua sūt: ⁊ s̄ȝ respectū quē addunt formis alteri⁹ gn̄is. ⁊ isto modo in relatiuis s̄m dici nō ē ꝯtrietas. Cuius rō ē q̄ relatiua s̄m dici non ꝯriantur respcū illorum ad q̄ referunt̄ sed respcū aliorum sicut vtus non ꝯriat̄ virtuoso ad quē refert̄: nec vitiū vitioso. s̄ȝ virt⁹ ⁊ vitiū ꝯriant̄ inter se q̄ relatiua s̄m dici inq̄ȝtū relatiua sūt non ꝯriāt̄. Alio mō ꝯsiderant̄ m̄aliter ex pte. suorū fūdamētorū: ⁊ hoc mō aliqua relatiua s̄ȝ dici ꝯriāt̄. Rō ē: q̄ aliq̄ relatiua fundāt̄ in q̄litatib⁹ ꝯrüs quas ꝑportāt: iō rōne illarū q̄litatū ꝯriant̄. Ex q̄b⁹ p̄ȝ q̄ h̄re ꝯriū nō cōuenit oībus relatiuis. nec ēt ꝯuenit solis relatiuis: iō non est aliq̄ mō ꝓpriū ipsis relatiuis: cū oē ꝓpriū cōueniat omni vel soli. S̄ȝ est cōitas q̄dā cōueniēs plurib⁹ relatiuis s̄ȝ dici: ⁊ q̄ ꝑius posita est diffinitio ad aliqd a platone ꝯueniēs tā relatiuis s̄m esse q̄ȝ s̄ȝ dici: iō ponūt̄ h̄ cōitates vtriqȝ illorū relatiuorū ꝯuenientes.

Tertio sciēdū q̄ s̄cda ꝓprietas relatiuorū ē: q̄ relatiua suscipiūt magis ⁊ min⁹. Cui⁹ rō ē: q̄ suscipere magis ⁊ min⁹ ē aliqd manēs idē in sp̄ē in suo eēntiali esse itēdi ⁊ remitti. s̄ȝ hoc cōuenit aliquib⁹ relatiuis vt simile manens idē in sp̄ē d̄r magis ⁊ minus simile. ⁊ etiaȝ dissimile ⁊ inequale. ergo aliqua relatiua suscipiūt magis ⁊ minus. hoc tamē nō cōuenit relatiuis inquātuȝ relatiua sunt. s. s̄m respectuȝ quē h̄nt ad sua correlatiua. s̄ȝ hoc cōuenit sibi rōne suoruȝ fundamētoruȝ. ⁊ vt sunt in subiecto q̄ intendi ⁊ remitti cōuenit forme s̄m esse quod habet in subiecto s̄m q̄ magis ⁊ minus perficitur.

Quarto sciendum q̄ hec cōmunitas aliter conuenit relatiuis q̄ȝ p̄cedēs. q̄ p̄cedens solū conuenit relatiuis s̄m dici hec autem conuenit relatiuis s̄m dici: ⁊ aliquibus s̄m esse. quia simile ⁊ dissimile ⁊ inequale bene suscipiunt magis ⁊ minus. que tn̄ sūt relatiua

ſm eē;qr tñ hec cōitas nō ꝯuenit oībus relatiuis ſm eſſe: neqꝫ ēt ſolū: qr ꝯuenit qualitati:iō nō eſt aliquo mō ꝓpria ipſi relationi:ſed ē q̄daʒ cōitas ſolū cōueniēs aliquib⁹ ſpēbus relatiuoꝝ.ſ. illis quoꝝ fundamēta intēdunt vel remittunt ⁊ augent ⁊ diminuunt manēte eadē ſpē relationis.⁊ per hoc patēt due prime cōitates relatiuorum.

Contra predicta arguit pmo ſic.nulla relatiue oppoſita ꝯriantur cū ꝯrietas ⁊ oppoſitio relatiua ſint oppoſitiōes diſtīcte ſed relatiua relatiue īter ſe opponunt ergo nulla relatiua ꝯriant. ¶ Secundo ſic:vbi ē ꝯrietas ibi ē mot⁹:ſʒ in relatiōe nō eſt motus: vt dr in.5.phyſi.ergo i relatiōe nō ē ꝯrietas. ¶ Tertio ſic nulla forma īdiuiſibil's ſuſcipit magis ⁊ min⁹:ſʒ omnis relatio ē īdiuiſibilis:cū ſit ſimplex reſpectus relatiui ad correlatiuū.ergo nulla relatiua ſuſcipiunt magis ⁊ min⁹. ¶ Quarto ſic:ſicut equale fundat i vna q̄ntitate in ſpē:ſic ēt ſile in eadē qualitate:ſed equale nō ſuſcipit magis ⁊ min⁹ ergo ſimile nō ſuſcipit magis ⁊ min⁹:cui⁹ oppoſitū dicit in textu. ¶ Quinto ſic.relatiua nō ſuſcipiūt magis ⁊ min⁹ niſi r̄ōne ſuorum fundamētoruʒ:ſed quantitas i qua fundat ineq̄le nō ſuſcipit magis ⁊ min⁹.g̃ male dr i textu q̄ ineq̄le ſuſcipit magis ⁊ minus.

Ad argumenta Ad primū dicit q̄ lʒ nulla relatiua ꝯrient reſpectu ſuoruʒ correlatiuoꝝ:qb⁹ relatiue opponūtur:tñ bene ꝯriantur reſpectu alioꝝ ſicut v̄tus relatiue opponit virtuoſo: ⁊ tñ ꝯriat vitio. ¶ Ad ſecundū dr:q̄ vbi eſt ꝯrietas p ſe ibi eſt motus ſʒ i relatiōe nō ē ꝯrietas p ſe:ſʒ tm̄ p accidēs et eo mō quo ē ꝯrietas eſt ēt mot⁹. ¶ Ad tertiū dr.q̄ lʒ oīs relatio ſm ſe:⁊ quātū ad reſpectū quē hʒ ad correlatiuū ſit indiuiſibilis:tñ ſm ſuū eē in ſb̄to qḋ pōt variari ſʒ magis pfectuʒ ⁊ min⁹pfectū aliquā hñ eſt diuiſibilis:⁊ p hoc hñ pōt ſuſcipere magis ⁊ minus. ¶ Ad quartuʒ dr.q̄ lʒ ſimile fundetur in vna qualitate in ſpecie tñ illa qualitas pōt intēdi ⁊ remitti manens eadē in ſpē:ideo ſimile ſuſcipit magis ⁊ min⁹:⁊ equale fundat in eadeʒ q̄ntitate i ſpē que nō poteſt augeri vel diminui intēdi vel remitti manēs eadeʒ in ſpecie iō equale nō pōt ſuſcipere magis ⁊ minus nec eſt ſimile de equali ⁊ ſimili. ¶ Ad q̄ntuʒ dicit.q̄ licet q̄ntitas nō ſuſcipiat magis ⁊ minus:tñ pōt augeri ⁊ diminui.⁊ p talē maioritatē vel minoritatē per quam ſit maior vel minor receſſus ab equali ⁊ inequali pōt ſuſcipere magis ⁊ min⁹.vñ ineq̄le fundat īter diuerſas q̄ntitates i ſpē ⁊ q: ille ſpēs pñt cōtinue variari ſm receſſuʒ ab vnitate ſpēi:iō variat ineq̄leq̄ʒ vis eq̄le nō ſuſcipiat magis neqꝫ minus.

¶ Iteʒ omnia relatiua dicūtur ad ꝯuertentiā vt pater filii pater:filius patris fili⁹ ⁊c. Iteʒ relatiua ſunt ſimul natura:ſimul eniʒ ſunt duplū ⁊ dimidiuʒ pater ⁊ filius. Item relatiua poſita ſe ponūt ⁊ perēpta ſe perimunt:vt ſi duplū eſt dimidiū eſt: ⁊ ſi pater non eſt filius nō eſt:⁊ econtra.

¶ Poſtq̄ʒ auctor poſuit duas cōitates relatiuoꝝ que nō ſunt ipſis aliquo mō ꝓprie.Hic ꝯñr ponit alias cōitates q̄ ſunt ipſis aliquo modo ꝓprie.Quaruʒ prima eſt. Relatiua dicūtur ad cōuertētiaʒ.Cui⁹ rō eſt.qr que ad inuiceʒ ſm mutuam depēdentiā eorū referūtur.dicunt ad cōuertentiam:ſed oīa relatiua ad ſua correlatiua referuntur ſm mutuā dependētiam.vt dicēdo pater filii pater:⁊ econtra filius patris filius:ibi pater refertur ad depēdentiā eius ad filium ⁊ filius ad patrem ⁊ ſic ſimiliter eſt in omnibus aliis ergo omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam.

Primo ſciendū q̄ ꝯuertētia dupl'r accipit. Uno mō p ꝯuerſiōe aliquoꝝ ſm exiſtēdi ꝯñaʒ: ⁊ illo mō in relatiuis bene ē ꝯuertētia:vt dicēdo pr̄ eſt.g̃ filius eſt:⁊ ecōuerſo filius eſt:ergo pater eſt.⁊ iſto mō non ſumit in hac ꝓprietate:qr cōuertētia hoc mō nō ſoluʒ cōuenit relatiuis:ſʒ etiā multis aliis:ſicut ſubiecto ⁊ proprie paſſioni. Alio mō ſumit ꝯuertētia vt eſt mutua depēdētia relatiui ⁊ correlatiui inter ſe:⁊ hoc mō ſumit i hac ꝓprietate.iō dici ad ꝯuertētiā ē aliqua referri iter ſe ſm depēdētiaʒ. Et differt ꝯuertētia a ꝯuerſiōe ⁊ cōuertibilitate qr ꝯuertētia ē paſſio relatiuoꝝ:cōuerſio vero ē eſt debita trāſpoſitio ſubiecti in p̄dicatū:⁊ ecōtra eſt paſſio ꝓpōnū. Sʒ cōuertibilitas ē paſſio terminoꝝ cōuertibiliū:⁊ illi termini dicunt ꝯuertibiles q de ſe inuicē mutuo vl'r ⁊ affirmatiue verificant eo q̄ hñt eq̄lia ſuppoſita.vt hō ⁊ riſibile.

Secundo ſciēduʒ q̄ ꝯuertētia relatiuoꝝ nunq̄ʒ ſit in recto caſu. Rō ē qr inter relatiuum ⁊ correlatiuū ſp ē trāſitio vl' diuerſitas:ſʒ talis diuerſitas nō ſignificaret i recto caſu ſʒ ſignificaret idētitas eorum.vt dicēdo pr̄ ē fili⁹:⁊ talis locutio eēt falſa.ſʒ illa cōuertentia ſemp ſit in obliqs.qr ſolū obliq ſignificāt p modum termini recti⁹ vo p modū principii.⁊ pōt fieri i omnibus obliqs vt faciliter daret exemplū i oīb⁹. hoc ſit tñ differenter in relatiuis ſm eſſe.⁊ in relatiuis ſm dici. qr i relatiuis ſm eſſe ſit ꝯuertentia referēdo vtrūqꝫ ad aliō ſb habitudine eiuſdē caſus.vt maius minore maius.⁊ econtra.minus maiore min⁹.ſed in relatiuis ſm dici ſit q̄nqꝫ ſub habitudine eiuſdē caſus vt iter formā ⁊ materiā.q̄nqꝫ vero ſub habitudine diuerſoruʒ caſuuʒ.vt ſcibile ſciā ſcibile.⁊ ecōtra ſcia ſcibilis ſcia.⁊ per hoc patet q̄ dici ad cōuertentiā cōuenit oībus relatiuis.ſed differenter.⁊ cōuenit ſolis ⁊ ſemp ideo hec ꝓprietas ē ipſis ꝓprie propria. ⁊ hoc capiendo generaliter ad aliqḋ tā pro relatiuis ſm eē q̄ʒ ſm dici.qr ſi capei eē ſpāliter ſolū pro relatiuis ſm eē hec proprietas eſſet ſibi propria ſecundo modo.

Tertio ſciēduʒ: q̄ relatiuoꝝ alia ꝓpietas ē q̄ relatiua ſūt ſimul nā ⁊ rō ē.qr illa q̄ poſita ſe ponūt ſm rē ⁊ itellectū ſil' ⁊ pempta ſe pimūt ſm eē ſūt ſimul nā.illa.n.ꝯñr ſimul nā q̄ ſūt ſil' i nāli itelligentia. ita q̄ vnū eoꝝ nō pōt itelligi ſine alio.nec eſt ibi prioritas ſm itellectū ſʒ relatiua poſita ſe ponūt ſm eē.qr eē relatiuoꝝ eſt eſſe ad ſuū correlatiuū.iō ſm rē poſito vno in eſſe oportʒ ſuū correlatiuū eē.qḋ requirit ad eē relatiui.⁊ ſil' poſita ſe ponūt ſm itellectū.qr nō pōt itelligi eē relatiui qḋ ē dependēs ad correlatiuū niſi itelligat illud correlatiuū ad qḋ dependet.ergo poſita ſe ponūt ſm intellectum.⁊ ſil'r pempta ſe perimūt. ideo ſūt ſimul natura.ſ.natura relationis ⁊ etiam ſūt ſimul natura.i.naturali intelligentia.

Quarto ſciēdum q̄ relatiua tripl' cōſiderantur. Uno mō quātū ad ſua ſb̄ta ⁊ fundamenta.⁊ ſic vnū illoruʒ hñ precedit aliud vt pr̄ p̄cedit filium. Scḋo mō inq̄ʒtuʒ hñt depēdētiā inter ſe ⁊ vnuʒ terminat depēdentiaʒ alteri⁹ ⁊ ecōtra:⁊ ſic adhuc vnū eſt prius alio ⁊ quodāmodo notius:⁊ ponit in diffōne alterius.ſ.illud qḋ terminat dependētiam alteri⁹. Tertio cōſiderat quātuʒ ad hoc q̄ hñt eſſe ſub forma relatiōis ſub qua ſil' ponuntur:vt q̄ʒ cito ponit pater ſub paternitate ponit fili⁹ ſub filiatione.⁊ hoc modo ſunt ſimul natura ſm rem ⁊ intellectum ſimul vt dicitur in iſta ꝓprietate.⁊ eſt hec proprietas eodeʒ modo ꝓpria relationis ſicut ⁊ precedens.

Contra predicta primo arguit ſic.cōuertētia ē mutua depēdētia relatiuoꝝ inter ſe.ſʒ ſcia ⁊ ſcibile q̄ ſūt relatiua ñ hñt mutuā dependētiaʒ iter ſe qr ſcia lʒ dependeat a ſcibili: tñ ſcibile nō hʒ dependētiā ad ſciaʒ.ergo nō oīa relatiua dr̄ ad cōuertētiaʒ. ¶ Scḋo ſic bene ſequit.ſi hō ē riſibile ē.⁊ ecōtra ergo hō ⁊ riſibile dr̄ ad ꝯuertentiā.que tñ nō ſūt correlatiua.ergo dici ad cōuertētiaʒ nō ſolum cōuenit relatiuis. ¶ Tertio ſic.cā ⁊ effectus ſunt relatiua.⁊ tñ cā ſm naturā precedit effectuʒ.ergo relatiua non ſūt ſil' natura. ¶ Quarto ſic.vnū relatiuorū ponitur in diffinitione alteri⁹ ergo ē prius alio.ergo relatiua nō ſunt ſimul natura. ¶ Quinto ſic:illa q̄ opponūtur iter ſe nō poſita ſe ponunt.ſed vnū oppoſituʒ dīſtruit aliū.ſʒ relatiua opponūt adinuicē g̃ male dr̄ q̄ poſita ſe ponāt.⁊ pempta ſe pimāt.

Ad argumēta. Ad ꝓmum dr̄ ꝙ̄ si scibile cō siderek̄ m̄ālr̄ quātū ad id ꝙ̄ est sic nō h̄z depēdētiā ad sciaʒ: sed fm naturā ꝓcedit eaʒ sed si ꝯsiderek̄ formalr̄ ꝗ̄ztū ad rōnē scibilis sic h̄z respectū ⁊ depēdētiā ad sciētiā: ⁊ dr̄ cū ea ad ꝯuertētiā: ⁊ silr̄ est de sensu ⁊ sensibili. ¶ Ad fm dr̄. ꝙ̄ si capiak̄ cōuertētia: vt est cōuersio aliquoꝝ fm cōsistēdi ꝯsiam: sic hō ⁊ risibile dn̄ di cunk̄ ad ꝯuertētiā: sed nō capiendo ꝯuertētiam: vt est mutua dependētia relatiui ⁊ correlatiui: vt i ꝓposito capitur. ¶ Ad tertiū dr̄. ꝙ̄ si ꝯsiderentur cā ⁊ effect⁹ materialiter quātuʒ ad id qd̄ sunt: nō sunt simul natura. sed si ꝯsiderētur formaliter ꝗ̄ztuʒ ad relationeʒ cause ad effectuʒ vel effectus ad causaʒ: vt sunt relatiua sic sunt simul natura: ⁊ similiter diceretur de patre ⁊ filio: domino ⁊ seruo. ¶ Ad quartum dicik̄: ꝙ̄ lʒ vnum relatiuoꝝ vt terminat depēdentiaʒ alterius sit aliquo mō prius alio: ⁊ ponak̄ i diffinitione alterius: tn̄ ꝗ̄ztuʒ ad esse sub forma relatiōis vnū nō ꝓcedit aliud. ¶ Ad quintū dr̄. lʒ relatiua respectu eiusdem subiecti opponank̄: ⁊ nō posita se ponant: tamen respectu diuersoꝝ subiectoꝝ non opponuntur.

¶ Item alia diffinitio relatiuoꝝ est talis. ad aliquid sunt ꝗbus hoc ipsum esse est ad aliud quodā mō se habere: ⁊ hec est ꝓpria diffinitio relatiuorū item ꝓpriū est relatiuorū: ꝙ̄ siqs diffinite vnuʒ nouerit relatiuorū diffinite noscet ⁊ reliquum: vt siquis nouerit diffinite dupluʒ: diffinite noscet cuius est duplum. Necesse est enim in vtrorūqʒ rationibus vtrisqʒ vti.

¶ Postq̄ʒ auctor posuit diffinitionē ⁊ ꝓprietates ad aliqd cōiter accepti: vt se extēdit ad relatiua fm eē ⁊ fm dici: hic cōsequēter ponit aliā diffinitionē ipsius ad aliqd specialiter accepti: vt soluʒ cōtinet relatiua fm esse: que est ꝓpria diffinitio ad aliud: vt est vnū ꝑdicamētuʒ ab aliis distinctum: ⁊ data ab Aristo. corrigendo primā diffinitionē relatiuorū a platone positā: que nō est ꝓpria diffinitio: ⁊ hec est diffinitio. Ad aliqd sunt quib⁹ hoc ipsuʒ eē quod sunt est ad aliud quodāmodo se habere. In cuius prima parte intelligik̄ genus diffiniti. s. dicibile. ⁊ ponik̄ quibus hoc ipsuʒ eē est ad aliud se habere ad differētiam substantie ⁊ accidētiū absolutoꝝ ⁊ relatiuoꝝ fm dici: quorum ꝓprius eē nō est ad aliud se habere. Deinde ponik̄ quodāmodo. i. quodā speciali modo: qꝛ esse relatiui est ad aliud tanq̄ʒ ad terminū cum quo dicitur ad conuertentiam.

Primo sciendū ꝙ̄ accidēs absolutū ⁊ respectiuuʒ sic inter se differunt: qꝛ accidēs absolutuʒ h̄z depēdentiaʒ solū ad suū subiectū: ⁊ nō ad terminuʒ extrinsecū: iō ad suuʒ esse sufficit suū subiectuʒ: ⁊ etiaʒ diffinitur ꝑ tale subiectū: sed accidens respectiuū h̄z dependētiam ad suū subiectuʒ inq̄ztuʒ est accidens: ⁊ ad suū correlatiuuʒ inq̄ztuʒ est respectiuū. ⁊ ideo ad esse accidentis respectiui sequik̄ eē sui sbti: ⁊ esse sui correlatiui: ⁊ habet diffiniri ꝑ ista duo: ideo bene dicik̄ in hac diffinitione: ꝙ̄ esse relatiui ē ad aliud quodāmodo se habere: ⁊ lʒ relatio semper sit inter duo extrema: tn̄ nō est in vtroqʒ vt in subiecto sed est in vno subiectiue: ⁊ in alio vt in termino: vt paternitas est in patre vt in subiecto: ⁊ in filio vt in termino: et filiatio est in filio subiectiue: ⁊ in patre terminatiue.

Secundo sciendū ꝙ̄ duplex est relatio: quedam ē realis que est inter duo extrema realia ⁊ differētia realiter a quibus ipsa est realiter distincta: ⁊ ad hanc relationeʒ tres cōditiōes requirunk̄. Prima ē ꝙ̄ habeat extrema realia: ⁊ defectu cuius relatio inter entia rōnis: vt relatio generis ad spēm nō pōt esse relatio realis Secunda est. ꝙ̄ extrema relatiōis realiter differunt. ratione cuius idētitas nō est relatio realis. Tertia est. ꝙ̄ talis sit realiter distincta ab vtroqʒ extremoꝝ. quia si esset eadem realiter cum suo fūdamento haberet eē absolutuʒ sui fundamenti. ⁊ non diceretur eē realis quantum ad suum esse respectiuuʒ. sed ꝗ̄ztum ad suum eē absolutum. qꝛ a ꝑfectioni res capit denominationem. iō non esset relatio realis. nec totum eius esse esset ad aliud. ⁊ defectu illius relatio creatoris ad creaturam nō est realis. qꝛ in deo nullum est accidens ab eo realiter distinctum. Alia est relatio rōnis que pōt fieri tribus modis fm ꝙ̄ sibi deest vna illarū cōditionū. ⁊ illa relatiua que dicunt relationem realē sūt relatiua fm esse alia vero fm dici. ⁊ solum de his q̄ dicūt relationē realeʒ q̄ ponik̄ in predicamento isto dicta ē p̄us diffinitio. ⁊ ꝑ hoc differt ab alia diffinitione ad aliquid.

Tertio sciendū ꝙ̄ ex ista diffinitione auctor infert vnā ꝓprietatē relatiuoꝝ que talis est. siqs diffinite nouerit vnū relatiuorū diffinite noscit ⁊ reliquū. Cui⁹ rō ē. quia qōlibet vnuʒ diffinite ⁊ distincte cognoscitur eo modo quo h̄z esse. ⁊ etiā eo mō quo h̄z diffiniri. cū diffinitio sit orō indicans quid sit esse rei: sed esse vni⁹ relatiuorum est ad aliud. vt dictum est ergo nō potest distincte cognosci nec diffiniri. nisi per suū correlatiuū. ergo siquis distincte cognoscit vnuʒ opʒ distincte cognoscere reliquū: cuʒ nulluʒ eoꝝ possit sine alio cognosci iō necesse ē ei diffini e vtrūqʒ relatiuoꝝ poni sua correlatiua.

Quarto sciendum ꝙ̄ in diffinitione relatiui non ponik̄ correlatiuū tanq̄ʒ pars eēntialis ei⁹. cū relatiuū ⁊ correlatiuū sint realiter ⁊ essentialiter distincta ⁊ opposita: sicut pr̄ ⁊ fili⁹. sed ponik̄ in ei⁹ diffinitione tanq̄ʒ terminus dependentie ipsius relatiui. qꝛ talis dependētia nō perfecte cognosceret. nisi cognosceret terminus ei⁹: ⁊ ponitur talis terminus loco drīe q̄ in relatiuis sumik̄ respectu talis termini: qꝛ de se est nobis ignota: sed circūloquitur ꝑ ipsuʒ terminū. vn̄ diffinīēdo relationē ponitur dependentia ꝓ gn̄e ⁊ subiectuʒ ⁊ correlatiuū eius ꝓ drīa. vt dicendo prnitas est depēdētia vel relatio pr̄is ad filiū: vel pr̄ est res h̄ns filiū. ⁊ ꝑ hoc patet itellectus hui⁹ vltime diffōnis ⁊ vltime ꝓprietatis relatiuorum.

Sed contra predicta arguik̄ primo sic: qꝛ ptea sbe nō sūt vera relatiua. ⁊ tn̄ ꝯuenit eis ista diffō: cū ipsoꝝ eē sit ad aliud quodāmō ergo ipsa nō ē bona. ¶ Scdo sic. oē accn̄s h̄z depēdētiā ad suum sbtm. ḡ eē ei⁹ ē ad aliud quodāmō se h̄re. ḡ ista diffō omnibus accn̄tib⁹ aliis: ⁊ non soli diffinito. ¶ Tertio sic. vnūqdq̄ʒ diffinituʒ cognoscik̄ eo mō quo h̄z eē. sed vnuʒ relatiuū h̄z eē separatū ⁊ distictuʒ a suo correlatiuo. ergo vnū pōt diffinite cognosci nō cognoscēdo aliō. ¶ Quarto sic: loco diffiniti lʒ ponere suā diffinitionē. ḡ si in diffinitione relatiui ponak̄ suū correlatiuū loco illi⁹ correlatiui poterit poni diffō ei⁹ in qua ponerek̄ suū correlatiuum ergo idē poterit poni i diffōne sui ipsi⁹: qd̄ ē icōueniēs. ⁊ sic male dr̄ ꝙ̄ relatiuū h̄z diffiniri per suū correlatiuum. ¶ Quinto sic. vnūqdq̄ʒ h̄ns gen⁹ ⁊ drīaʒ diffiniri pt̄ ꝑ gen⁹ ⁊ drīaʒ ei⁹: lʒ relatiua h̄nt gen⁹ ⁊ drīam itrīsecaʒ. ḡ et pn̄t diffiniri ꝑ suū gen⁹ ⁊ suā drīam sine correlatiuo.

Ad argumenta Ad ꝓmū dr̄. ꝙ̄ totū eē prīum sbe nō ē ad aliū vt itelligik̄ i hac diffōne: lʒ vltra suū eē sbale iportēt quēdaʒ respectū ad operatiōes totī⁹ a quo respectu capiūt noīa ꝓpartiū: iō ipsis nō ꝯuenit hec diffō. ¶ Ad scdm dr̄. ꝙ̄ lʒ totū eē cuiuslibet accn̄tis sit ꝑ depēdētiā ad sbtm. tn̄ illd̄ esse nō se h̄z ad aliud tāq̄ʒ ad terminū cū q̄ dr̄ ad ꝯuertentiā nisi i veris relatiuis. qd̄ tn̄ itelligik̄ i hac diffōne ꝑ illā particulaʒ quodāmō. ¶ Ad tertiū dr̄. ꝙ̄ lʒ relatiuū h̄eat eē separatū a suo correlatiuo. tn̄ illud eē non ē absolutuʒ sed respectiuū in ordine ad suū correlatiuū. iō h̄z cognosci ⁊ diffiniri ꝑ ipsum. ¶ Ad quartuʒ dr̄. ꝙ̄ lʒ in absolutis loco nōis liceat ponere diffōnē. nō tn̄ in respectiuis. iō in diffōne relatiui loco correlatiui nō pōt poni sua diffō. Cui⁹ rō ē. qꝛ diffō correlatiui explicat ipsum vt est dependens ad relatiuuʒ. ⁊ ipsuʒ ponitur in diffōne relatiui tanquā termin⁹ dependentie sui relatiui. ideo diffinitio non

explicat ipsuz eo mõ quo ponit in diffõne alteri⁹. ¶ Ad quintum dr: ꝙ lz relatiuuz habeat dñiam: tñ illa dña nõ est absoluta: sed respectiua ⁊ depẽdẽs ad terminuz extrinsecuz. iõ ꝑ ipsum nõ posset ꝑfecte cognosci: neqꝫ notificari relatiuũ nisi apponeretur terminus depẽdẽtie.

Ualitas ẽ ẜm quã quales esse dicimur: vt ẜm albedinem dicimur albi: ⁊ scdꝫ colorem colorati: ⁊ scdm iustitiã iusti. Qualitatis autem quattuor sunt species.

¶ Postqꝫ superi⁹ auctor determinauit de tertio pdicamento qd est ad aliqd. hic cõsequẽter determinat de q̄rto. s. de qualitate ipsam pmo sic diffiniẽs. Qualitas ẽ ẜꝫ quam quales eẽ dicimur: vt ẜꝫ albedinẽ dicimur albi. In qua diffinitione subintelligit forma accidẽtalis que se hꝫ vt genus diffiniti ⁊ aliquo mõ datur itelligi per illud relatiuuz quã deinde ponit ẜm quã quales eẽ dicimur ad dñiam oium alioꝝ pdicamentoꝝ. qꝛ nullum eoꝝ predicat in quale simpliciter: vt faciliter ꝓbaretur iductiue: sba. n. predicatur in qd: quantitas in quãtum vel in quotã. ⁊ cetera predicamenta pdicant in hoc qd est se habere ad aliud cuꝫ sint respectiua. iõ sola qualitas denominat primã substantiã simpliciter qualẽ: ⁊ in hac diffinitiõe hec prepositio ẜm dicit circumstãtiam cause formalis.

Primo sciendũ ꝙ in hac diffõne ponit dicimur ⁊ nõ dicitur ẜm Albertuꝫ nõ ad denotandum ꝙ soli hoĩ cõueniat qualitas. sed ad denotanduꝫ ꝙ hõ est susceptiu⁹ pluriuꝫ qualitatuꝫ qꝫ quecunqꝫ alia sba homo enĩ est cõposit⁹ tã ex sba materiali qꝫ spũali simul iõ sibi cõueniũt qualitates reꝝ corporaliuꝫ ⁊ etiã spũaliũ. Sed sbe spirituales solũ recipiũt qualitates spirituales. Sube vo corporales alie ab homine soluꝫ suscipiũt qualitates corporales ⁊ nõ spirituales ideo hõ ceteris substãtiis est pluũ qualitatuꝫ magis susceptiu⁹: sed tñ posset dici facili⁹. ꝙ cuꝫ i hac diffõne ponitur dicimur nõ itelligit solũ nos hoĩes dicimur: sed itelligitur nos sbe dicimur: ⁊ non refertur ad hoĩem tm̃. sed ad substantiam in cõmuni ⁊ per hoc soluuntur plura argumenta.

Secundo sciendũ ꝙ oĩs forma accñtalis hꝫ terminare pmaꝫ sbam ẜm esse quod ipsa dat pme sbe. ⁊ qꝛ qualitas dat sbe eẽ quale. iõ habet denominare pmã sbam qualẽ: ⁊ ꝑ illũ moduꝫ denominãdi ꝑ quẽ diuidit ab oĩbus aliis accidẽtibus hic diffinitur ⁊ lꝫ quale cõsequat qualitatẽ: vt effect⁹ eius formalis: ⁊ sit posteri⁹ ẜm naturã ipsa qualitate tñ ẜm ordinẽ nře cognitionis. ⁊ que ad nos quale ẽ prius qꝫ qualitas: qꝛ ꝑ ipsũ cognoscim⁹ q̄litatẽ. iõ nobis cõueniẽter notificat q̄litas ꝑ q̄le: ⁊ lꝫ isert⁹ q̄le ꝑ q̄litatẽ diffiniat: tñ hꝫ ẽ a priori simplr ⁊ a posteriori q̄ ad nos nõ. n. ẽ icõueniẽs idẽ ẜꝫ diuersas cõsideratiões eẽ noti⁹ ⁊ ignoti⁹ prius ⁊ posteri⁹ alio.

Tertio sciẽdum ꝙ qualitatis ponunt q̄ttuor spẽs: quaꝝ pma ẽ habit⁹ ⁊ dispositio. Scda nãlr potentia vel ĩpotẽtia. Tertia passio ⁊ passibilis qualitas. Quarta forma ⁊ circa hoc aliqd cõstãs figura: quꝫ sicha bet sufficiẽtia. qꝛ oĩs qualitas qualificat subam. vel q̄ se tenet ex ꝑte m̃ãe. ⁊ sic ẽ forma: ⁊ circa hoc aliqd cõstãs figura: ⁊ q̄ qualificat subam ẜm q̄ntitatẽ ⁊ mãm ei⁹: lꝫ effectiue oriat a forma subali: vl' se tenet ex ꝑte forme: ⁊ hoc ẽ dupliciter: vel qualificat subam imediate vel mediãtib⁹ naturalib⁹ potẽtiis. si scdm sic ẽ habit⁹ ⁊ dispositio q̄ pmo determinat ⁊ disponit potẽtiã: ex cõñti subm ei⁹ si imediate q̄lificat subam hoc est dupli'. vel est ꝑncipiũ operãdi determinatuꝫ vel ideterminatũ. si primum sic est passio ⁊ passibilis qualitas. si scdm sic est naturalis potẽtia vel ipotẽtia potentia. n. de se ideterminata est qꝫtum ad modum operãdi: sed determinatur per suos habitus.

Quarto sciendũ ꝙ diuisio qualitatis ẽ diuisio generis i suas spẽs. qꝛ qualitas eẽntialr et vniuoce de ipsis pdicat. Et duplr põt fieri diuisio gñis i suas spẽs. vno mõ per spẽs imediatas: ⁊ tũc solũ fit ꝑ duas spẽs: eo ꝙ fit ꝑ duas dñas formalr oppositas q̄ soluꝫ sũt due sb vno gñe: ⁊ solũ duas spẽs ꝓpinq̄s sub eo cõstituũt. Alio mõ põt fieri diuisio gñis ꝑ spẽs remotas ei⁹. et hoc qñ spẽs ꝓpinque sũt nobis ignote: ⁊ tũc nõ oꝫ diuisiones gñis fieri per duas spẽs tm̃: sed põt fieri ꝑ quattuor vel plures ẜm eẽigẽtiaꝫ multitudinis eaꝝ: ⁊ hoc modo fit hec diuisio qualitatis. ideo in ea bene ponunt quattuor spẽs: ⁊ per hoc patet diuisio ⁊ diffinitio qualitatis.

Contra predicta arguit pmo sic dña substãtialis vt puta rõnale nõ ẽ qualitas: ⁊ tñ ẜm ipsaꝫ dicimur quales. g̃ ista diffõ nõ cõuenit soli q̄litati. ¶ Scdo sic. oẽ accñs pdicat i quale: cũ nõ pdicet i qd ergo ẜm q̃libet accñs dicimur quales. g̃ ista diffõ cõuenit aliis a qualitatib⁹. ¶ Tertio sic. hinibilitas ẽ qualitas. ⁊ tñ ẜm ipsaꝫ nõ dicimur eẽ quales: vt ẜm albedinẽ. g̃ ista diffõ nõ cõuenit oĩ qualitati. ¶ Quarto sic. hec diuisio qualitatis i quattuor spẽs fit ẜm diuersos modos eẽndi qualitatis in sub. ꝫ. lꝫ isti modi eẽndi sũt accidẽtales: ⁊ accidũt qualitati. g̃ diuisio ista ẽ diuisio subiecti in accñtia. ⁊ nõ diuisio generis in suas spẽs. ¶ Quinto sic. habit⁹ ẽ vnũ predicamẽtũ a qualitate distinctũ: ergo male ponitur prima species qualitatis.

Ad argumenta Ad pmũ dr. ꝙ lꝫ dña substãtialis predicet in quale eẽntiale qd ẽ quale qd nõ tñ predicat i quale simpli qd solum dicit qualitatẽ sublãtie accñtalẽ vt capit in hac diffinitiõe: nec est etiã talis dña forma accñtalis. qd tñ in illa diffinitiõe subintelligit. ¶ Ad scdm dr: ꝙ si capiat quale generalr pro quocũqꝫ eẽ accidentali. sic oẽ accñs predicatur i quale. ꝫ si capiat spãliter pro eẽ accidẽtali qd cõsequit substãtia gr̃a forme. ⁊ nõ hꝫ aliũ moduꝫ spãleꝫ denominãdi subam qꝫ i quale. sicut hñt cetera accidẽtia sic pdicari i quale soli qualitati cõuenit. ⁊ hoc mõ sumitur i ꝑsenti diffinitione. ¶ Ad tertiũ dr. ꝙ lꝫ ꝑ hinibilitatem equi nos in spẽ non dicamur quales: tñ nos in gñe. s. nos sube denominamur quales. ¶ Ad quartũ dr. ꝙ lꝫ isti diuersi modi eẽndi specieꝝ qualitatis in subo sint accñtales qualitati ẜm moduꝫ: tñ nõ sunt sibi accñtia ẜm reꝫ. ꝫ magis sunt modi eẽntiales illaꝝ spẽruꝫ. iõ ista nõ est diuisio subiecti in accidẽtia. ¶ Ad q̄ntuꝫ dr: ꝙ si capiat habit⁹ vt est corporũ ⁊ eoꝝ que circa corpus sunt adiacentia ẽ pdicamentũ a qualitate distinctuꝫ. sed si capiat pro qualitate q̄ disponit potẽtiã ad operationeꝫ vt in ꝑnti sumitur sic nõ ẽ vnũ pdicamẽtuꝫ. ꝫ est prima spẽs qualitatis.

¶ Prima est habitus ⁊ dispositio. Differt autẽ habitua a dispositione: quia habitus est permanẽtior ⁊ diuturnior vt sunt virtutes ⁊ scientie scientia enim difficile est mobilis nisi forte grandis fiat ꝑmutatio: vel ab egritudine vel ab estu: vel ab aliquo huiusmodi circa scientes vel habentem virtutes: iustitia enim vel castitas non cito vel de facili permutantur. Dispositiones autem dicimus que de facili permutantur: vt calor: frigiditas: egritudo: sanitas: ⁊ cõsimilia: tamen habitus possunt dici dispõnes: sed non ecõuerso. Illi autem qui habitum habẽt quodãmodo dispositi sunt, vel meli⁹ vel peius ad ea que habẽt. Dispositiones autem non sunt habitus: vnde habitus sic potest diffiniri. Habitus est qualitas difficile mobilis. dispositio vero est qualitas facile mobilis.

¶ Postqꝫ auctor pmisit diffõnem ⁊ diuisionẽ qualitatis hic pñter determinat de spẽbus eius. quarũ pma est habitus ⁊ dispositio. Cuius ratio est. qꝛ habit⁹ ⁊ dispositio cõueniũt tãꝫ substãtiis spũalibus qꝫ corporalib⁹. ⁊ passio ⁊ passibilis qualitas q̄ ẽ tertia spẽs qualitatis: ⁊ forma et

f

figura q̄ ponūtur quarta spēs qualitatis solū cōueniunt substātijs corporalibꝰ. ideo habitus ⁊ dispositio ꝯueniēter pcedit illas duas spēs. Item habitꝰ qualificat ⁊ determinat nāles potētias ad opationē. ⁊ ideo pfectiꝰ hʒ rōnē qualitatis q̄ʒ nālis potētia vel ipotētia. ideo ꝯueniēter precedit nāles potētiā vel ipotētiā q̄ ponit̄ scḋa spēs qualitatis.

Primo sciendum ꝙ habitus tripliciter accipitur. vno modo vt opponit̄ priuationi: sicut visus opponitur cecitati: ⁊ sic quelibet forma hñs p̄uatiōez sibi oppositā: siue sit eēntialis siue accñtalis dr̄ habitꝰ. Alio mō accipitur vt est corpoꝝ ⁊ eoꝝ que circa corpꝰ sunt adiacētia: ⁊ sic est vnū predicamentum ab alijs distinctuʒ: ⁊ istis duobus modis non capitur hic habitus. Tertio modo capit̄ ut ē qualitas perfecte dispositiua sui subiecti ad operationem sicut scientia disponit intellectuʒ hoīs: ⁊ ex ꝯsiti ipsū hoiem ad cognoscendum ea de q̄bus est scīa: ⁊ qr perfecte disponit suū subm ad operationem. ideo dicit Auerroys ꝙ habitus est quo quis operatur qñ vult: ⁊ isto tertio modo sumitur hic habitus. ⁊ est prima spēs qualitatis.

Secundo sciendum ꝙ dispositio dupl'r accipit̄ vno mō general'r pro quacūq3 qualitate q̄ disponit potentiā sui subiecti ad operationeʒ siue pfecte siue iperfecte: ⁊ hoc mō dispositio sub se tenet habitum ⁊ dispositionem ꝓprie sumptā: ⁊ hoc mō accipit̄ i textu cū dr̄ ꝙ oīs habitꝰ est dispositio ⁊ nō ecōtra: ⁊ sic capit̄ a Tullio cū dr̄ ꝙ habitꝰ est dispositio pfecti ad optimum ⁊ ab Aristo. cum dicit ꝙ virtus est dispositio ad felicitatē. Scḋo mō capitur ꝓprie soluʒ ꝓ qualitate que imperfecte disponit potētiam ad operandū: ⁊ isto mō distinguit̄ ꝯtra habituʒ sicut iperfectum cōtra perfectuʒ: ⁊ sic capit̄ cū dr̄ ꝙ habitꝰ ⁊ dispositio sunt prima spēs qualitatis: ⁊ cuʒ dr̄ ꝙ habitus differt a dispōne. vñ nomē dispōnis de se ē cōmune nomē ad habituʒ ⁊ dispōneʒ ꝓprie captā: sed qr alteri eoꝝ est ꝓpriū nomē ipositū. s. habitui. ideo alteri quodāmodo appropriatur nomen dispositionis.

Tertio sciendum ꝙ habitus ⁊ dispositio ꝓprie capta iter se cōueniūt ⁊ differūt. vñ cōueniūt in hoc ꝙ dicūt eandē formā sm̄ eēntiā: ⁊ vtrūq3 disponit naturalē potētiā sui subiecti ad opationē. sed differunt in hoc ꝙ. habitꝰ dicit illā formā sm̄ esse pfectū ⁊ radicatū in subo ⁊ pfecte disposuit subm ad operandū. ideo habitꝰ dr̄ eē diuturnior ⁊ pmanētior dispōne. ⁊ dr̄ qualitas de difficili mobilis. eo ꝙ tale eē pfectū ⁊ radicatuʒ est in subiecto ⁊ difficile ē mobile a subo. sed dispositio dicit eandem formam subesse iperfecte. ⁊ iperfecte disponit subm ad operanduʒ. ideo diffinit̄ ꝙ ē qualitas de facili mobilis a subiecto. Ex quo pʒ ꝙ habitus ⁊ dispositio dicūt vnā ⁊ eandem formā differentē sm̄ eē perfectuʒ ⁊ imperfectū. ⁊ qr perfectū ⁊ imperfectū sm̄ esse nō variāt spēm. ideo cōueniēter ponūtur vna spēs ⁊ copulantur cōiūctiōe copulatiua qr perfectū ⁊ imperfectū sunt diuersi modi eēndi. quos dicūt habitus ⁊ dispositio. ideo cōueniēter denominat̄ duobus noībus. ⁊ melius q̄ʒ vno solo noīe sicut antiq̄ qui hāc speciem nominauerunt applicationem.

Quarto sciendū ꝙ sub hac spē qualitatis generaliter ponūtur qualitates disponētes subiectuʒ ad operāduʒ mediāte potētia. vt sunt oēs habitus vñ ipsoꝝ habituū q̄dā sūt corporales. vt sanitas. robur elegātia. agilitas. ⁊ sic de alijs. Alij vō sūt spirituales. ⁊ istorum aliq̄ sūt morales q̄ disponūt appetitū sensitiuū vel itellectiuū. vt sūt iustitia. tēperātia ⁊ fortitudo. ⁊ sic de alijs vtutibus moralibꝰ. ⁊ silr̄ de vitijs oppositis. Alij sunt itellectuales q̄ disponūt itellectū ad ꝓmpte ⁊ faciliter cognoscendum itelligibilia. vt sūt sapientia. scīa. itellectus. prudentia. ⁊ ars. ⁊ istorum habituuʒ aliq̄ sunt naturali acquisiti. vt scīa ab hoīe acquiritur per studiū. Alij sunt infusi. vt fides. spes. charitas. Alij aūt cōcreati vt spēs vel rōnes rerum in mētibus angeloꝝ. ⁊ sic pʒ q̄ sit prima species qualitatis. ⁊ que qualitates sub ipsa ponuntur.

Sed cōtra pdicta argūit̄ pmo sic. Diuersa nomina iporāt diuersas formas cū nomen iponatur a forma. sed habitus ⁊ dispositio sunt diuersa noīa ergo dicūt diuersas formas. ⁊ non sūt vna species qualitatis. ¶ Scḋo sic. quecūq3 dicunt eandē spēm iportāt eundē moduʒ essendi: cuʒ vnius spēi sit vnus modus tñ hʒ habitꝰ ⁊ dispositio nō dicunt eūdeʒ modū essendi. sed diuersos ergo male ponit̄ vna species qualitatis. ¶ Tertio sic. nullū ens in aīa reponit̄ i pdicamēto. hʒ solum ens extra animā. sed scīa est ens i anima tm̄. ergo male ponitur hic sub prima specie qualitatis. ¶ Quarto sic risibile est qualitas de difficili mobilis. ⁊ tamen nō est habitus. ergo diffinitio habitus conuenit alijs a diffinito. ¶ Quinto sic. naturalis inclinatio intellectus ad scientiam est dispositio. ⁊ tamen non est de facili mobilis a suo subiecto. ergo male dicitur ꝙ dispositio est qualitas de facili mobilis a suo subiecto.

Ad argumēta. Ad primuʒ dicitur ꝙ diuersa noīa nō semꝑ dicunt diuersas formas: sʒ qñq3 dicūt diuersos modos eiusdē forme. ⁊ sic est in ꝓposito: ⁊ hʒ capiēdo formā gnāl'r pro oī illo ꝙ habʒ modū forme ⁊ determināti aliud oē nomē iponat̄ a forma: nō tñ capiēdo formaʒ spal'r solū ꝓ forma reali. ¶ Ad scḋm dr̄. ꝙ licet habitꝰ ⁊ dispositio dicāt diuersos mōs essēdi accidētales vniꝰ forme: tñ hñt dicūt vnū modū eēntialē qui est disponere potētiā sui subiecti ad operationē. ¶ Ad tertiuʒ dr̄. ꝙ hʒ scīa sit ens in aīa vt in subiecto nō tñ est ens solū i anima vt in ꝯgnoscēte: sic ꝙ soluʒ hēat eē in apphēsione aīe ⁊ isto mō capit̄ ens i anima cū distiguitur cōtra ens reale. vñ scīa quia nō est solū i apphēsione q̄ʒtū ad tale esse pōt dici ens extra aīam quia hʒ aliud esse q̄ʒ in tali apphēsione aīe. ¶ Ad quartuʒ dr̄ ꝙ in diffinitiōe habitꝰ psuppōitur ꝙ sit qualitas acq̄sita disponēs potentiā ad opatiōeʒ: ⁊ hoc nō cōuenit risibili: ideo sibi nō cōuenit illa diffinitio. ¶ Ad quītuʒ dicitur ꝙ hʒ naturalis inclinatio intellectus ad sciētiam sit quedam dispositio passiua quodam modo subiectiua non tamen est dispositio formalis: de q̄ dispōsitiōe est hic solū ad ꝓpositū.

¶ Secunda spēs qualitatis est naturalis potētia vel impotentia aliquid faciendi vel patiendi: vt sanatiuus dicitur eo ꝙ habeat naturalem potentiā vt nihil a quibuslibet accidentibus egritudinē inferentibus patiatur. Egrotatiuꝰ vero eo ꝙ habet naturalē ipotētiam aliquid faciendi durum eniʒ dicitur habere naturalem potentiam resistēdi sectioni: ⁊ molle naturalem impotentiam: quia cito secatur. Cursores vero ⁊ pugillatores dicuntur similiter non ꝙ exerceant actus suos: sed quia habent naturalem potentiam hoc faciendi.

¶ Postq̄ʒ auctor determinauit de prima spē qualitatis hic ꝯsñter determinat de scḋa. s. de naturali potētia vel impotentia que ꝯueniēter ordinat̄ post primā speciē. qr licet via generatiōis naturalis potētia pcedat habitū ⁊ dispositiōeʒ. eo ꝙ habitꝰ qualificat ⁊ pficit naturalē potētiā. ⁊ i est subiectū mediāte naturali potētia sicut scīa qualificat itellectū. ⁊ iest hoi mediāte itellectu: tñ via pfectiōis habitꝰ pcedit naturalē potētiā. qr habitꝰ ē pfectior naturali potētia ⁊ pfectiꝰ disponit ⁊ qualificat subm ad operationē vnde habitꝰ ē prior naturali potētia. ideo hec spēs hñ sequitur pmā. ⁊ etiā pcedit duas vltimas. qr ille solū cōueniūt substātijs corporeis: hec autē conuenit tam corporalibus q̄ʒ spiritualibus. ideo cōueniēter ordinatur secūdo.

Secundo sciendum pro comparatione figurarum inter se quod prima figura concludit omnia genera propositionum. s. vniuersale particulare affirmatiuum et negatiuum: sicut patet in quattuor modis directe concludentibus prime figure. Sed secunda figura solum concludit tria genera. s. vniuersale particulare et negatiuum: et non concludit affirmatiuum propter causam predictam in secunda figura. Tertia figura etiam concludit tria genera tantum. s. affirmatiuum et negatiuum et particulare: et non potest concludere vniuersale: propter causam predictam in tertia figura: et quia perfectius est concludere vniuersalem affirmatiuam quam vniuersalem negatiuam: et iterum perfectius est concludere vniuersalem negatiuam quam particularem affirmatiuam vel negatiuam: ideo prima figura est perfectior secunda: et secunda perfectior tertia.

Tertio sciendum pro declaratione omnium modorum trium figurarum: quod trium figurarum sunt decem et nouem modi: nouem prime figure: quattuor secunde: et sex tertie: quorum nominatio ordo et numerus in his versibus continentur. Barbara celarent darii ferio baralipton. Celantes dabitis fapesmo frisesomorum. Cesare camestres festino baroco darapti. Felapton disamis datisi bocardo ferison. Et in qualibet dictione ratione syllogismi sunt tres syllabe: et si sint plures hoc solum est ad perfectionem metri. Et vocalis prime syllabe significat maiorem premissam qualitatem et quantitatem eius: et secunda vocalis significat minorem. tertia conclusionem. Unde per a intelligitur vniuersalis affirmatiua: per e. vniuersalis negatiua. per i. particularis affirmatiua. per o. particularis negatiua.

Quarto sciendum quod predictorum modorum quattuor primi modi prime figure sunt perfectiores et incipiunt per has quattuor consonantes b. c. d. f. que in ipsis significant ordinem ipsorum. sed alii modi reducuntur ad istos quattuor: et iste consonantes in aliis modis significant reductionem ipsorum: ita quod omnes modi incipientes per b. reducuntur ad barbara per c. ad celarent per d. ad darii. per f. ad ferio. Item in predictis dictionibus cum ponitur s. significatur quod propositio intellecta per vocalem precedentem debet conuerti simpliciter in reductione talis sillogismi. Et per p. designatur quod debet fieri conuersio per accidens. Et m. designat transpositionem premissarum. et c. significat reductionem per impossibile: nisi ponatur in principio dictionis: iuxta illos versus. Simpliciter verti vult s. p. vero per acci. M. vult transponi. c. per impossibile duci. Residuum textus videlicet. Et quia Aristoteles etc. vsque ad finem tractatus huius, quia per se satis clarus est: ideo non indiget alia explanatione.

Contra predicta arguitur primo sic. Celarent potest concludere par

ticularem negatiuam directe ⁊ indirecte: ergo male dr: ꝙ nullus syllogismus concludens particularem negatiuam directe potest eam concludere indirecte. ¶ Secundo sic. Nulla pars est vniuersalis cum vniuersale ⁊ totum idem sint. sed quelibet conclusio prime figure est pars respectu maioris premisse: ergo nulla est vniuersalis: sed debet dici particularis: ⁊ sic prima figura non concludit vniuersalẽ. ¶ Tertio sic. Extremitates in ꝯclusione vniuntur eo mõ quo vniuntur in premissis cum medio: sed in darapti i tertia figura extremitates vniuntur vniuersaliter cum medio ergo eodem modo possunt vniri in cõclusione: ⁊ potest ibi concludi vniuersaliter. ¶ Quarto sic. Unitas syllogismi sumitur ab vnitate ꝯclusionis: ergo vnus syllogismus habet tm̃ vnam conclusionem ⁊ non potest plura concludere sicut dictum est. ¶ Quinto sic. In omni consequentia cõsequens includitur in antecedente: sed verum non includitur in falso: ergo ex falsis non potest concludi verum.

Ad argumenta.

Ad primum dicitur: ꝙ lꝫ celarent ex cõsequenti cõcludat particularem negatiuam directe ⁊ indirecte: tamen primo ⁊ per se concludit vniuersalem negatiuã. ¶ Ad secundũ dicitur ꝙ nulla dicitur vniuersalis respectu sui totius. sed bene dicitur vniuersalis respectu suarum partiũ: ⁊ hoc modo conclusio vniuersalis prime figure dicit particularis sm modum respectu maioris premisse: sed bene dicitur vniuersalis respectu suarum singularium ratione sui subiecti distributi. ¶ Ad tertium dicitur: ꝙ lꝫ in darapti extremitates vniantur vniuersaliter cuꝫ medio vniuersalitate medii quod distribuitur. nulla tamen vnitur cum ipso vniuersaliter ex parte sui: q2 nulla extremitas ibi distribuitur ratione cuius nulla potest distribui in ꝯclusiõe. ¶ Ad quartum dicitur: ꝙ licet vnius syllogismi sit tantũ vna principalis conclusio: tamen possunt esse plures minꝰ principales que inferuntur in virtute prime conclusiõis: ideo omnes ille se habent per modum conclusionis q̃tuꝫ ad virtutem qua inferũtur: licet varientur materialiter q̃tum ad numerum propositionum. ¶ Ad quintum dr: ꝙ licet verum nõ includatur in falso ratione forme falsitatis: tamen includitur ratione materie. s. terminoꝛ vel propositionum quibus inest falsitas. ⁊ sic in falso põt includi verũ. ⁊ hec de syllogismo simpliciter dicto pro nunc sufficiant.

¶ Tractatus quintus de syllogismo dyalectico incipit.

r Atio dicitur multis modis. Primo enim modo idem est quod diffinitio vł descriptio: vt hic. Uniuoca sunt quorũ nomen est commune ⁊ ratio substãtie sm illud nomen est eadem. Alio autẽ modo idẽ est quod quedam virtus anime. Alio modo ideꝫ quod oratio ostendens aliquid: sicut sunt propositiones vel rationes disputantium. Alio modo idẽ est quod forma materie: vt in cultello ferruꝫ ẽ materia: dispositio vo inducta in ferro est forma. Alio modo idem est quod essentia cõmunis predicabilis de pluribus: vt eẽntia generis vel speciei vel differentie. Alio autem modo idem quod medium inferens conclusionem: ⁊ hoc vltimo modo sumit ratio in diffinitione argumenti. Unde versus.

Diffinit virtutem ostendit forma vel esse.
Est medium ratio per quod concluditur ergo.

¶ Iste est quintus tractatus summularum magistri Petri hispani in quo ipse postq̃ꝫ in quarto tractatu determinauit de syllogismo simpliciter dicto sm suam formã non contracto ad aliquam materiam specialem. Hic cõsequẽter determinat de syllogismo dyalectico qui est syllogismꝰ contractus ad materiam probabilem. Et ratio ordinis est quia i rebus artificialibus siue sint entia realia siue rationis vnũquodqꝫ habet prius cognosci sm suã formaꝫ q̃ꝫ ꝙ illa forma contrahatur ad materiam aliquam. sicut domificator prius cognoscit formam domus sm se q̃ꝫ applicet eam ad determinatam materiam. Et q2 syllogismus aliquo modo est ens artificiale. s. ens rationis: ideo cõueniẽter determinatum est prius de syllogismo simpliciter qui se habet per moduꝫ simplicis q̃ꝫ de syllogismo contracto ad aliquam materiam qui se habet per modũ compositi.

Primo

sciendum ꝙ syllogismus tripliciter cõtrahitur ad materiam. Uno modo ad materiam necessariam que est naturalis materia: ⁊ sic est syllogismus demonstratiuus. Secundo modo ad materiam probabilem que est materia contingens vel capta sub mõ cõtingentis: ⁊ sic est syllogismus dyalecticus. Tertio modo ad materiam apparentem que est: quandoqꝫ materia remota inquantum habet similitudinem quãdam cum materia probabili: ⁊ sic est syllogismus sophisticus: ⁊ q2 materia naturalis est perfectior materia probabili: ⁊ probabilis apparenter probabili: ideo syllogismus demonstratiuus est perfectior dyalecticoꝛ similiter dyalecticus sophistico. Sed petrus hispanus non facit mentioneꝫ de demõstratiuo syllogismo: eo ꝙ est introductor iuuenum: de quo tamen determinat Aristo. in libro posteriorum. Sed Petrus hispanus facit mentionem de dyalectico ⁊ sophistico: ideo iste tractatus conuenienter ordinatur post tractatum de syllogismis: ⁊ ante tractatum de fallaciis.

Secundo

sciendum est ꝙ propitum subiectum huius tractatus est syllogismus dyalecticus: eo ꝙ de ipso principaliter hic intẽditur: ⁊ omnia hic considerata habent reductionem ad ipsum: ⁊ est adequatus scientie huius tractatus: ⁊ lꝫ ista scientia nominetur a loco: tamen hoc non est tanq̃ꝫ a proprio subiecto: sꝫ tanq̃ꝫ a pricipio sui subiecti: q2 locus in quo fundatur syllogismus dyalecticus est principium syllogismi dyalectici ⁊ sub tali ratione hic cõsideratur de locis. Et per hoc pꝫ: que sit causa materialis huius tractatus. Et etiam per ħ habetur causa finalis eius que est perfecta cognitio syllogismi dyalectici: ⁊ eius causa efficiens dicta est prius. Et eius causa formalis est modus procedendi: qui est diffinitiuus: diuisiuus: ⁊ exemplorum positiuus. Sed forma tractatus est diuisio huius quinti tractatus per partes. Unde hic prius determinatur de syllogismo dyalectico in cõmuni: deinde in speciali ostendendo quomodo fit sꝫ diuersos locos particulares. Et q2 in diffinitione argumẽti ponitur ratio: ideo auctor prius ostendit multiplicitatẽ eius.

Tertio

sciendum ꝙ sex modis sumitur ratio. Primo modo sumitur pro diffinitione rei: vt sumitur in diffinitione equiuocorum cum dicitur sm illud nomen ratio substantie est diuersa. Secundo modo capitur ratio pro intellectu vt idem est quod itellectus: ⁊ sic diffinitur ab Isaac. Ratio est anime intelligibilis virtus faciens currere causam in causatum. Tertio modo sumitur pro argumentatione: et est oratio ostendens aliquid de alio. Quarto modo sumitur pro forma partis que est forma materie. Quinto modo capitur pro forma totius que est essentia ꝑdicabilis de multis vt essentia generis vel speciei. Sexto modo capitur pro medio probatiuo conclusionis: de quo erit postea ad propositum in diffinitione argumenti qui modi in his versibus continentur. Diffinit. virtus: ostendit forma: vel esse. Est medium ratio: per quod concluditur ergo.

Quarto

sciendum ꝙ istorum modorum sic potest haberi sufficientia: q2 ratio sumitur ab ħ quod est ratiocinari: vel ergo sumitur pro ipsa ratiocinatione: ⁊ sic est tertius modus: vel pro principio ratiocinationis vel discursus: ⁊ hoc est dupliciter: q2 vel est principium efficiens principale discursus: ⁊ sic est secundus modus: vel instrumentale tm̃: ⁊ hoc ẽ dupliciter: q2 vel sumit

formaliter inq̃tum est principium discursiuum: et sic est sextus modus: vel sm id qd est: et hoc est dupliciter: quia vel est principium completum: et sic est primus modus: vel incompletum. et hoc dupliciter. quia vel se habet per modum partis: et sic est quartus modus: vel per modum totius: et sic est quintus modus.

Sed contra predicta arguitur primo sic: si ratio idem esset qd diffinitio sequeretur qd asinus haberet rõnem: cũ asinus habeat diffinitionẽ: sz illud qd habet rõnez est rõnale. g asinus est rõnalis. qd est falsum. ¶ Secudo sic. idẽ nõ facit hoiem cõuenire et differre respectu eiusdẽ. sz p intellectũ hõ cõuenit cũ angelo: et ab eo differt p rõnẽ. g intellectus. et rõ non sunt idez. ¶ Tertio sic: effectus rõnis nõ ẽ rõ: sz argumentatio est effectus rationis. g non est ratio. ¶ Quarto sic: si forma materie eẽt ratio: vel esset ratio materie vel compositi: sed nullius est dicendum. qz differt ratione ab vtroqz. g ratio nõ debet sumi p forma materie. ¶ Quinto sic: essentia rei forma materie: et diffinitio rei idem realiter importãt. ergo quintus modus rõnis male distinguitur a primo et quarto.

Ad agumẽta. Ad primum istorum dr. qp si capiatur ratio pro virtute intellectiua aie: sic omne habens rõnem est rationale. sed nõ si capiatur pro oratione que explicat esse rei: vt sumitur in primo modo: ideo lz asinus hoc modo habeat rationem: non tñ est rationalis. ¶ Ad secundũ dr. qp lz idẽ sub eadẽ ratione non facit hoiem conuenire et differre respectu eiusdez. tamen bñ sz diuersas rõnes: et sic intellectus hominis inq̃tum est simplicis apprehensiuus facit hoiez conuenire cũ angelis: et inq̃tũ est discursiuus facit eam differre ab ipsis: et sic facit eum cõuenire et differre sm diuersos act9. ¶ Ad tertiũ dr. qp lz argumentatio non sit ratio vt sumit pro intellectu qui essentialr ratio dr. argumẽtatio tñ participatiue vocat aliq ratio eo qp est effectus rõnis. ¶ Ad quartum dr. qp lz forma mãe non sit rõ completa mãe vl compositi: est tñ ratio vtriusqz p modũ principii: sz mãe per modũ principii finalis: et est principiũ formale compositi. ¶ Ad qntuz dr. qp ratio in quinto modo sumit pro forma totius sm se: et in primo modo pro ratione explicante formã totius: et in quarto modo p o forma partis: vt dictum est: ideo illi modi adinuicem distinguuntur.

¶ Argumentum est ratio rei dubie faciens fidez idest medium probans conclusionem. Conclusio enim debet confirmari per argumentum. Est autem conclusio argumento vel argumentis approbata propositio: sed antequaz probetur est dubitabilis: et tunc est idem quod questio. Questio enim sic diffinit. Questio est dubitabilis ppositio. Medium autem est quod habet duo extrema.

¶ Postq̃z auctor posuit distinctionẽ modorũ rationis ad elicendũ membrum qd ponitur in diffinitione argumenti. Hic cõsequenter determinat de argumento: ipsum primo sic diffiniens. Argumentuz est rõ rei dubie faciens fidẽ. et explicat cũ dicit id est mediũ pbans pclonẽ q̃ dz cõfirmari per argumentũ. In qua diffinitione ponitur ratio loco generis. Ratio enim dicit tã de medio syllogismi demonstratiui q̃z etiã sillogismi dyalectici. Et argumentũ nõ dr de medio sillogismi simpliciter. Deinde ponitur rei dubie faciens fidem. ad drñaz medii sillogismi simplr qui nõ est pbatiuus nec demonstratiuus inq̃tum huiusmõi. nec facit fidẽ de pclusione. sed solum hz necessitatẽ inferendi cõclusionem et non probandi ipsam.

Primo sciendum qp argumentum potest capi dupliciter. Uno modo p ipsa intentione que attribuitur termino pbatiuo alicuius conclusionis. Alio modo pro re subiecta intẽtioni q̃ est ille terminus siue mediũ pbatiuũ conclusionis. Hic aũt nõ diffinitur argumẽtum p re subiecta intentioni sm se nec p intentione sm se sed pro intentione concreta rei: vel pro re subiecta intentioni sm qp sibi subiecta est: et diffinitur pro toto cõposito sm rationem ex re et intentione: et ita se habet per modũ materialis: intentio vero per modum formalis sub quo illud materiale diffinitur: et sic pz qd sit diffinitũ in hac diffõne.

Secundo sciendum qp medium ratio et argumentum idem sunt sm rẽ: sed differunt sz rationem superioris et inferioris: qz dicitur medium inq̃tum habet duo extrema et est vnitiuum extremorum sz aliquem modum. Sed tale medium dicitur ratio inq̃tuz est instrumentum intellectus vel rationis ad inferendum aliquam conclusionem: sed idem medium dicitur argumentum inq̃tum habet vim probatiuam respectu conclusionis. quam addit vltra virtutem illatiuaz. ratione cuius dicitur argumentum quasi arguens mentem. qz per illaz virtutem aliquo modo cogit mentem ad concedendum cõclusionem. Et prouenit illa virtus probatiua propter habitudinem medii ad extrema que est notior intellectui q̃z habitudo extremitatum inter se. et cum intellectus apprehendit illam habitudinem vel conuenientiam extremorum cum medio esse necessariam cogitur simpliciter assentire cõclusioni. et cum ipsa cognoscitur vt ptingens intellectus assentit probabiliter tñ. et per hoc pz quomodo medium. et rõ se habent per modum superiorum ad argumentum.

Tertio sciendum est qp fides dupliciter accipitur. Uno modo pro assensu vel credulitate itellectus circa aliquid credibile. ppter auctoritatẽ aut amorem prime veritatis ipsum reuelantis. et sic est virtus theologica. que per argumentum non acquiritur. et hoc modo non capitur in diffinitione. Alio modo capitur fides pro assensu intellectus ad aliquam conclusionem mediante ratione probabili. et sic est credulitas qua itellectus credit cõclusionem esse veram per aliquod argumentũ. et hoc modo argumentũ est faciens fidem de re dubia eo qp habet virtutem probatiuam conclusionis. per quam facit intellectum credere conclusioni que prius erat dubia. ideo bene dicitur medium probans conclusionem.

Quarto sciendum qp pclusio questio propositio et enunciatio sic inter se differunt. qz enunciatio dicitur conclusio prout est argumento vel argumentis approbata propositio. et tunc accipitur tanq̃z certa. sz dicitur anteq̃z probetur questio et est adhuc dubia. Est. n. questio dubitabilis propositio. vel est propositio sumpta cum signo interrogatiuo. Sed dicitur propositio prout potest poni pro alio. s. pro conclusione inferenda. et qz argumentum facit cognitionem propositionis que prius erat dubia. et postea cum probatur dicitur conclusio. ideo bene dicitur argumentum ratio rei dubie faciens fidez idest medium probans conclusionem.

Sed contra predicta arguitur primo sic. Idez non diffinitur per seipsum. sed argumentum et ratio idem sunt sm rationez vltimo modo captam vt hic accipitur. ergo male diffinitur argumentum per rationem. ¶ Secundo sic. De re certa bene fit argumentum. vt de ista propositione. deus est. que ẽ certissima: et tamen illud non est rei dubie faciens fidem. ergo contra diffinitionem. ¶ Tertio sic. Locus dyalecticus. et etiam syllogismus dyalecticus est ratio rei dubie faciens fidem. et tamen nullum eorum est argumentum. ergo ista diffinitio non conuenit soli diffinito. ¶ Quarto sic. In illo syllogismo. omnis lapis est animal. omnis homo est lapis. ergo omnis homo est animal. tertia propositio est conclusio. et tamen non est probata argumento vel argumentis. quia falsum non est medium probatiuum veri cuz sit ignotius ipso. ergo male diffinitur conclusio. ¶ Quinto sic. Omnis ppõ est vera vel falsa. sed qd non est vera vel falsa determinate. vt dicẽdo vtrũ sor. currit. nõ significat determinate verũ vel falsũ. g male dr. qp qd est dubitabilis ppõ.

Ad argumenta Ad primū dicitur: ꝙ lꝫ argumentum ꝛ ratio idē sūt sm̄ rem: tamen differunt ratiōe: ꝛ ex ea parte qua differūt ratio est cōmunior ꝛ notior argumento: ideo argumentuꝫ bene diffinitur per rationem scientie per medium. ¶ Ad secundum dicitur: ꝙ argumentum non facit fidē de re certa: inquantum certa sed inq̄ntuꝫ ponitur sub modo dubii ꝛ per modum questionis: ideo semper facit fidem de re dubia siue sm̄ rem siue sm̄ modum. ¶ Ad tertiuꝫ dicitur ꝙ locus dyalecticus non facit imediate fidem de re dubia: sꝫ mediate inq̄ntum in ipso fundatur argumentuꝫ: ꝛ syllogismus dyalecticus non facit fideꝫ conclusionis ratione sui: sed ratione sui medii in quo est virtus probatiua conclusionis: ideo solum argumentum per se ꝛ imediate facit fidem de conclusione. ¶ Ad quartum dicitur: ꝙ lꝫ i illo syllogismo sit conclusio syllogismi simpliciter: non tamen ibi est conclusio syllogismi probatiui pro qua solum hic diffinitur conclusio. ¶ Ad quintum dr̄: ꝙ lꝫ questio formaliter accepta sub modo questionis non sit vera vel falsa: tamen q̄ntum ad suum materiale cui additur signuꝫ interrogatiuum significat verum vel falsum: ideo bene dicit materialiter propositio: ꝛ additur dubitabilis ad explicanduꝫ formale eius quod est acceptio eius sub modo questionis ꝛ dubii.

¶ Argumentatio est argumenti per orationē explicatio: idest oratio explicans argumentū. Differt autem argumentum a medio ꝛ argumentatione: q̄ꝛ medium dicitur: eo ꝙ habet duo extrema. Argumentum autem addit super medium virtutem probandi conclusionem. vnde ad hoc ꝙ sit argumentum exigitur ꝙ sit medium ꝛ ꝙ habeat virtutem probandi conclusionem. Argumentatio autem dicitur oratio totalis composita ex pmissis ꝛ conclusione: ꝛ in illa manifestatur virtus argumenti. aliquando enim totalis oratio potest inferre vniuersalem affirmatiuam. Aliquando non nisi particularem affirmatiuam. aliquando non nisi vniuersalē negatiuam. Aliquando vero non nisi particularem negatiuam. Et sic manifestatur tota virtus argumenti cum ostendit supra quam conclusionem potest ipsum argumentum ꝛ supra quam non potest: quod idem fit in argumentatione vt supra patuit argumentationis quattuor sunt species. s. syllogismus inductio: entimema ꝛ exemplum.

¶ Postq̄ꝫ auctor determinauit de argumēto quod ē principium argumentationis. Hic cōsequenter determinat de ipsa argumentatione: ipsam primo sic diffiniēs. Argumētatio est argumenti per orationem explicatio. In qua diffinitione ponitur explicatio loco generis. Et ponitur argumenti per orationem ad differentiam diffinitionis que est explicatio diffiniti: ꝛ ad differentiam orationum cathegoricarum ꝛ ypotheticarum quibus non conuenit explicare virtutem argumenti. Et huius diffinitionis sic pōt dari ratio: q̄ꝛ argumentatio dicitur totalis oratio composita ex premissis ꝛ conclusione: sed in tali oratione manifestatur vi̇tus argumenti: q̄ꝛ aliqua totalis oratio infert vniuersalem affirmatiuam. Et in hoc explicatur ꝙ medium eius habet virtutem probandi ꝛ inferendi vniuersalem affirmatiuam: alia vero vniuersalem negatiuam: alia particularem affirmatiuam: alia particularem negatiuam: ꝛ in hoc manifestatur virtus argumenti: quia in illis argumētationibus medium habet diuersam virtutem probandi ꝛ inferendi conclusionem.

Primo sciendum ꝙ argumentatio ꝛ argumentuꝫ sic inter se differunt: q̄ꝛ argumentum ē medium habens virtutē inferendi ꝛ probandi ꝯclusionē aliquam. sed argumentatio est ōr̄o que explicat talē virtuteꝫ ipsius argumenti. Sicut. n. diffinitio explicat ip̄m diffinitum resoluendo ipsuꝫ per sua pn̄cipia. s. per gen⁹ ꝛ dr̄aꝫ: ita similiter argumentatio explicat virtutē argumēti ostēdendo q̄uo mediū hꝫ ꝯuenientiam ꝛ habitudinē ad maiorem extremitatē ꝛ minorē: ꝛ q̄uo extremitates habent conuenientiaꝫ cuꝫ medio: per quā conuenientiaꝫ cognoscitur virtus medii qua possunt vniri extremitates inter se ꝛ per quam potest inferri ꝛ probari conclusio.

Secundo sciendū ꝙ argumentatio duplr̄ capitur. Uno mō gn̄aliter pro ōī ōr̄one i qua est antecedēs ꝛ ꝯn̄s ꝛ mediū illatiuū ꝯclōnis. Et hoc modo se extendit ad quēlibet modū argumentatiōis. Alio modo capit̄ specialiter soluꝫ pro argumētatione ꝓbatiua: cuius mediū habet virtutem illatiuam ꝛ probatiuaꝫ respectu conclusionis. Et sic in diffinitiōe preposita diffinitur argumentatio ꝓbatiua: ꝛ non diffinitur ibi argumentatio cōmuniter accepta pro quacunqꝫ oratione illatiua cōclusionis. Et huius ratio est: q̄ꝛ sicut in hoc libro nō habet cōsiderari syllogismus in tota communitate ei⁹ sꝫ cōsiderat̄ spāliter de syllogismo dyalectico qui probatiuus est. ita similiter nō hꝫ h̄ cōsiderari argumentatio in tota communitate eius: sed soluꝫ argumentatio probatiua.

Tertio sciendū ꝙ argumētatōis quattuor sunt species. s. syllogismus: inductio entimema ꝛ exemplū. Quarum sic habetur sufficiētia: q̄ꝛ in omni argumentatione proceditur ab antecedente ad consequens: vel ergo ibi ē processus a toto vel a parte: si a toto siue vniuersali hoc est dupliciter: vel in antecedente sunt due p̄misse simul disposite in modo ꝛ figura. ꝛ sic est syllogismus: vl' ibi est vna premissa tm̄: ꝛ nō fit dispositio in modo ꝛ in figura in antecedente: ꝛ sic est entimema. In hoc eni cōueniūt syllogismus ꝛ entimema: q̄ꝛ in vtroqꝫ fit ꝓcessus a toto ad p̄teꝫ: siue ab vniuersali ad particulare. Sed si fiat processus a parte hoc est dupliciter: vel fit a singularibus ad vniuersale: ꝛ sic est inductio: vel ab vno singulari ad aliud singulare: ꝛ sic est exemplū.

Quarto sciendum ꝙ ista diuisio argumentatiōis non est diuisio generis in suas species: q̄ꝛ diuisum non conuenit equaliter membris diuidentibus: sed est diuisio analogi in sua analogata: eo ꝙ argumentatio dicitur de ipsis quattuor sm̄ prius ꝛ posterius: ꝛ ratio est quia argumentatio dicitur ab hoc ꝙ est arguere mentē ad assentiendum conclusioni que infertur. sed hoc per se p̄mo conuenit syllogismo: ꝛ non aliis speciebus argumētationis: nisi inquantum in ipsis est aliquo modo virtus syllogismi. Ratione cuius alie species a syllogismo sumunt rationem argumentationis ab eo.

Contra predicta arguit̄ p̄mo sic. argumētatio ꝛ argumētū differūt sicut concretum ꝛ abstractū: q̄ꝛ cōueniunt in principio dictiōis ꝛ differūt i fine: sꝫ abstractū nō hꝫ explicare cōcretū ergo argumētatio nō ē argumēti explicatio. ¶ Scdo sic. syllogism⁹ ꝓcedēs ex manifeste falsis est argumētatio: cuꝫ sit sub vna spē argumētatiōis. ꝛ tū nō ē explicatio argumētorum in eo nō sit mediū hn̄s virtutē ꝓbādi cōclusioneꝫ: ergo male ponit̄ diffō argumētatiōis. ¶ Tertio sic. argumētatio dr̄ quasi arguēs mētē: sꝫ tota ōr̄o cōposita ex premissis ꝛ cōclusione nō arguit mentē: q̄ꝛ hoc solū conuenit antecedēti. ergo male dicit̄ ꝙ argumētatio est totalis oratio cōposita ex premissis ꝛ conclusione. ¶ Quarto sic. in primo topicoꝝ solū enūerant̄ due spēs argumentatiōis. s. syllogism⁹ ꝛ iductio. ergo hic male ponūt̄ q̄ttuor. ¶ Quinto sic. spēs inter se opposite non reducunt̄ vna ad aliaꝫ: vt hō ꝛ equ⁹: sꝫ oēs spēs argumētatiōis a syllogismo reducūt̄ ad syllogismū: ergo nō sūt spēs siue modi ab eodē distincti.

Ad argumenta. Ad pmũ dr. q̄ lʒ argumẽtatio ⁊ argumẽtũ ꝯueniãt in pncipio dictiõis ⁊ differũt in fine: nõ tñ cõueniunt in re significata: q: argumentũ significat mediuʒ argumentationis: ⁊ argumentatio totã orõnẽ cõpositam ex premissis et cõclusione: ideo nõ differunt solũ sicut cõcretũ ⁊ abstractũ ratione cuius vnum potest esse explicatio alterius. ¶ Ad secundũ dr. q̄ syllogismus procedens ex manifeste falsis nõ est argumentatio ꝓbatiua: de qua solũ intelligit in hac diffõne: sʒ solũ est argumẽtatio illatiua. ¶ Ad tertiuʒ dr. q̄ tota oratio cõposita ex premissis ⁊ conclusione bene arguit mentẽ sm partem eius ⁊ respectu añtis. ⁊ hoc capiendo tota collectiue pro perfecta: q: si caperet tota distributiue vt est idem quod quelibet pars: sic tota oratio composita ex premissis ⁊ cõclusione non arguit mẽtẽ sed vna pars tñ. ¶ Ad quartum dicitur. q̄ Aristoteles in pmo topicorum sub syllogismo cõprehendit entimema: ⁊ sub inductione exẽplũ. ¶ Ad quintum dr. q̄ lʒ alie species ꝗ̃tũ ad virtutem inferẽdi ad sillm reducantur: nõ tamẽ ꝗ̃tum ad formam arguendi: ideo sunt spẽs a syllogismo distĩcte.

¶ Diffinitio aũt syllogismi dicta est prius. Inductio est a singularibus sufficienter enumeratis ad vniuersale progressio: vt sortes currit: plato currit: ⁊ sic de singulis: ergo omnis homo currit.

¶ Postq̃ auctor superius determinauit de argumẽtatione in cõi tam diffinitiue q̃ diuisiue ipsaʒ diuidẽdo p suas species. Hic ꝯñr determinat de speciebus eius. Et q: diffinitio syllogismi est posita sufficienter in quarto tractatu: q: per illã diffinitionem potest diffiniri syllogism⁹ simplr remota illa particula ⁊ concessis: ⁊ etiaʒ syllogismus dyalecticus posita eadẽ particula: vt dicendo: syllogismus est orõ in qua qbusdã positis ⁊ concessis necesse est aliud accidere p ea q̃ posita sunt: ⁊ concessa: ideo auctor se excusat de speciali determinatione syllogismi: q: diffinitio eius data est prius. Ideo inter alias spẽs argumentatiõis primo determinat de inductiõe: q: est aliquo modo perfectior aliis.

Primo sciendũ q̄ sic diffinit inductio. Inductio est ꝑgressio a singularibus ad vlẽ ꝓbandũ. vt sortes currit: plato currit: ⁊ sic de aliis. ergo ois hõ currit. In qua diffinitiõe ponit ꝑgressio loco generis. ⁊ capit ibi similitudinarie ꝑgressio p similitudinem ad motuʒ progressiuũ aialis: q: sicut ille mot⁹ fit ꝓponẽdo pedem pedi: sic ille motus rõnis. i. progressio fit capiendo vnum singulare post aliud: ideo ibi capit ꝑgressio ꝓ motu ratiõis. Deinde ponitur a singularibus ad drñam syllogismi ⁊ entimematis que procedũt ab vlibus ad singularia. ⁊ subiũgitur ad vlẽ ad drñam exẽpli quod ꝓcedit ab vno singulari ad aliud: ⁊ nõ ad vlẽ. Ex qua diffinitione pʒ q̄ inductio ⁊ descensus aliquo modo opponunt: quia descensus ẽ ab vniuersali ad particulare: inductio vero econtra.

Secundo sciẽdũ q̄ singulare duplr sumit. Uno mõ spãliter solũ ꝓ indiuiduo determinato. Aliomõ gñaliter ꝓ quolibʒ inferiori alicui⁹ superioris: ⁊ hoc mõ spẽs alicui⁹ vlis possũt dici singularia generis. q: lʒ non sint singularia simplr. sunt tñ singularia in respectu: ⁊ hoc mõ sumit singulare in diffinitione. ⁊ etiaʒ capit vlẽ generaliter ꝓ quolibet superiori: ⁊ non fit ꝓcessus ad vlẽ idefinite acceptũ: q: ibi non est proprie inductio: sortes currit plato currit: ⁊ sic de aliis. ergo hõ currit: sed debet fieri processus ad vlẽ vliter sumptũ: qđ est vlẽ sm rem ⁊ modũ simul: vt concludẽdo. ergo omnis homo currit.

Tertio sciendũ q̄ duplr potest fieri inductio. Uno mõ enumerãdo aliqua singularia tñ ⁊ non oia: vt dicẽdo. sortes currit. plato currit. ergo ois hõ currit. ⁊ hec inductio nõ est ꝯñtia necessaria: q: antecedẽs põt esse verum ꝯñte existente falso. sed est probabilis tñ. Alio mõ fit inductio enumerando omnia singularia simul. ⁊ adhuc potest fieri dupliciter. Uno modo enumerãdo omnia singularia in propria forma cum illa particula. ⁊ non sunt plura. Alio modo enumerando aliqua singularia in propria forma ⁊ cõprehendendo alia sub vna clausula cõi. vt dicendo. ⁊ sic de aliis. ⁊ vtroqʒ istoꝝ modoruʒ inductio est consequentia necessaria. sed tñ non est consequẽtia formalis sed materialis tñ. q: tenet gratia habitudinis materialis. s. propter habitudinem singularium ad suum vniuersale propter quaʒ habitudinem presupponitur in inductione vna propositio per se nota. que continetur in mẽte. ex qua cum antecedente inductionis fit syllogismus reducendo inductionem ad syllogismum.

Quarto sciendum q̄ inductio sic reducitur ad syllogismum. quia in conclusione inductionis sunt duo termini. quoiũ subiectum sit minor extremitas: ⁊ predicatum sit maior extremitas in syllogismo: ⁊ singularia q̃ non ponuntur in conclusione accipiuntur pro medio: vt ista inductio. sortes currit. plato currit. ⁊ sic de aliis. ergo ois hõ currit: sic reducitur: omne quod est sortes vel plato: ⁊ sic de aliis currit. ois hõ est sortes vel plato ⁊ sic de aliis. ergo omnis homo currit. ⁊ debent capi illa singularia disiunctiue ⁊ non copulatiue: quia non possunt copulatiue verificari de suo vniuersali sed disiunctiue tñ.

Sed contra predicta arguit primo sic: iductio est motus rationis vel intellectus cum sit argumentatio: sed motus intellectus non fit a singularibus: quia intellectus non cognoscit singularia: sed solũ vniuersale qđ est obiectum eius. ergo inductio nõ fit a singularibus. ¶ Secundo sic. in omni argumentatione ꝓbatiua añcedens debet esse notius cõsequente. sed singularia nõ sunt notiora suo vlĩ cũ sint infinita ⁊ indeterminata. ergo inductio non fit a singularibus ad vlẽ. ¶ Tertio sic. hec ẽ bõa inductio: omnis equus currit: ois hõ currit. ⁊ sic de aliis speciebus animalis. ergo oẽ aial currit: ⁊ tñ ibi non arguit a singularibus ad vniuersale. ergo contra diffinitionẽ. ¶ Quarto sic. hic arguitur a singularib⁹ ad vlẽ. sortes currit: plato currit: ⁊ sic de aliis. ergo omnis asinus currit: ⁊ tñ ibi nõ est bona consequentia. ergo male dicitur q̄ inductio est bona consequentia. ¶ Quinto sic. in oĩ syllogismo sunt tres termini: sed in inductione sũt plures termini q̃ tres. ergo inductio nõ reducit ad syllogismuʒ.

Ad argumẽta Ad pmũ dicitur: q̄ licet intellectus non cognoscat singularia directe. tamen bene cognoscit reflexe per hoc q̄ intellectus reflectitur ad sensum quo singularia cognoscuntur sed solum cognoscit vniuersale directe tanq̃ propriũ obiectum eius. ¶ Ad secũdum dicitur. q̄ licet singularia nõ sint notiora simpliciter suo vniuersali: tñ sunt notiora quo ad nos q̃ suum vniuersale. ⁊ licet aliquã singularia sint infinita quo ad nos: tñ aliqua possunt esse nobis nota: ⁊ tunc enumerando illa que sunt nobis nota: ⁊ comprehẽdendo alia sub illa clausula cõi: ⁊ sic de aliis potest fieri inductio. ¶ Ad tertiũ dr. q̄ lʒ ibi non bene arguatur a singularib⁹ simpliciter: tamen bene arguit a singularibus in respectu: quia ista. omnis equus currit. est quodammodo singularis ad istam: omne animal currit: ⁊ hec sufficit ad inductionẽ: vt dictũ est. ¶ Ad quartum dicit. q̄ ibi nõ arguit a singularib⁹ ad vniuersale illoꝝ singulariũ enumeratorum qđ ad inductionẽ requirit. ¶ Ad quintum dicitur. q̄ licet in inductiõe sint plures termini q̃ tres sm vocẽ: tamen accipiunt p modũ triũ in syllogismo: quia cuncta singularia ĩ antecedente inductionis posita capiunt pro medio.

¶ Entimema est syllogismus iperfectus id ẽ oratio in qua non oĩbus premissis positis infertur cõclusio festinata: vt omne animal currit: ergo omnis homo currit. In hac enim argumentatione includitur hec propositio: omnis homo est animal: que si apponeretur perfectus eẽt syllogis-

mus. aristoteles autem sic diffinit entimema. Entimema est ex icotibus ⁊ signis. Icos autem idem est quod propõ probabilis. Signum autem vt hic sumitur idem est quod demonstratiua vel probabilis vel necessaria ppõ: ⁊ hoc in inferendo. Unde signum communiter sꝫ ꝙ hic sumitur dicit necessitatem illationis. Icos dicit probabilitatem ipsius propositionis in se: sm quam probabilitatẽ propositio dicitur vera. Unde licet in entimemate est tantum propositio vna inferens. ⁊ alia illata tamen sm ꝙ propositio inferens apparet omnibus vel pluribus esse vera: sicut dicitur icos: quia iam sic esset probabilis: vt quilibet diligit diligentez se. Scõm autem ꝙ ipsa de necessitate infert conclusionem: sic est signum. ⁊ sic eadem propositio est icos ⁊ signum: sed sm aliud ⁊ aliud. Siquis obijciat ꝙ debet diffiniri entimema sic. Entimema ẽ ex icotibus ⁊ signis cum tm̃ sit vna propositio inferens que est icos ⁊ signum sm diuersa. Dicendum est ꝙ licet sit tm̃ vna propositio inferens actu: habet tamen in se virtutem duarum propositionum. quia habet in se virtutem propriam ⁊ illius que subintelligitur: ⁊ sic est vna sm substantiã: ⁊ due secundum virtutem: ⁊ ideo dicitur in plurali numero ex icotibus ⁊ signis. Sciendum autez ꝙ omne entimema debet reduci ad syllogismum quia in quolibet entimemate sunt tres termini sicut in omni syllogismo: quorum terminorũ duo ponuntur in conclusione: ⁊ sunt extremitates: aliud autem est medium quod nunquam ponitur i conclusione. Illarum autem extremitatum altera sumpta est bis i entimemate altera semel: ⁊ ex extremitate semel sumpta. ⁊ medio debet fieri propositio vna scõm exigentiam modi ⁊ sic fiet syllogismus. Verbi gratia. In hoc entimemate omne animal currit: ergo omnis homo currit homo ⁊ currit sunt extremitates: animal est medium: sꝫ extremitas hec. s. homo sumpta est semel: ergo ex ipsa ⁊ medio fiat propositio vna sic: omnis homo est animal: ⁊ tunc completus erit syllogismus sic omne animal currit: omnis homo est animal: ergo omnis homo currit. Exemplum autez est quando per vnum particulare probatur aliud particulare per aliquod simile repertum in ipsis: vt leodienses contra aftorzenses pugnare malum est: ergo aftorizenses contra cemotenses pugnare malũ est: vtrobiqꝫ enim est malum affines contra affines pugnare.

¶ Postquam auctor determinauit de syllogismo ⁊ inductione que sunt principaliores partes argumentatiõis. hic consequenter determinat de entimemate ⁊ exemplo q̃ sunt reducibiles ad alias species. scilicet entimema ad syllogismum: ⁊ exemplum ad inductionem: ⁊ quia entimema est exemplo pfectius: ideo prius determinat de entimemate qꝫ de exemplo: ⁊ pm̃ pmo sic diffiniens. Entimema ẽ syllogismus imperfectus. In qua diffinitione ponitur syllogismus loco generis capiendo syllogismum cõmuniter: vt se extendit ad syllogismum perfectuz formaliter in modo ⁊ figura ⁊ ad syllogismum perfectus virtualiter. Et põitur imperfectus ad differentiaz: syllogismi perfecti formaliter completi ex duabus premissis: ⁊ consequenter explicatur hec diffinitio. Entimema est oratio in qua non omnibus premissis positis: sed tm̃ vna infertur festinata conclusio: vt hic omnis homo currit. ergo sortes currit posita maiore tm̃: ⁊ presupposita minore infertur conclusio.

Primo sciendum: ꝙ in omni entimemate sm intellectum ponuntur due premisse: sed sm vocem ponitur vna tm̃: ⁊ alia tacetur ⁊ retinetur in mente. et inquantum sunt ibi due premisse sm intellectum vocatur syllogismus: ⁊ ea parte qua deficit vna sm vocem dicitur imperfectus. ⁊ quia vna tacetur q̃ retinetur in mẽte. ideo dicitur entimema ab en quod est in: ⁊ timos quod est mens ⁊ monos quod est vnum: quasi in mente retinens vnam propositionem: ⁊ oportet illam que retinetur in mente esse probabilem ⁊ necessariam. ⁊ ꝙ presupponatur tanqꝫ vera. Et propter hoc aristoteles sic diffinit entimema. Entimema est: syllogismus ex icotibus ⁊ signis. Icos enim est propositio probabilis: ⁊ signum ibi capitur pro propositione necessaria vt hic omne animal currit. ergo omnis homo currit. minor presupponitur scilicet omnis homo ẽ animal: que est propositio necessaria ⁊ signum. Ex quo patet ꝙ consequentia entimematis non tenet gratia forme arguendi: sed gratia materie. quia ibi presupponitur virtus alicuius premissarum.

Secundo sciendum ꝙ entimema sic reducitur ad syllogismum: quia i ipso sunt due extremitates in conclusione: quarum maior extremitas est predicatum. ⁊ minor extremitas subiectum: ⁊ ibi ponitur medium. quod non intrat conclusionem: ⁊ ponitur in antecedente cum altera extremitate. vnde formãdo vnam premissarum cum medio ⁊ cum extremitate non posita in antecedẽte fit syllogismus pfectus. Et si medium ponatur in antecedente cũ subiecto cõclusionis ibi est minor premissa ⁊ deficit maior: vt hic ois hõ ẽ risibilis: ibi deficit maior. s. oẽ risibile est aial. ergo ois hõ est aial. Et si medium ponatur i predicato cõclusionis qđ est maior extremitas. ibi ẽ maior premissa ⁊ deficit minor: vt hic. oẽ animal currit. g̃ ois hõ currit ibi deficit minor: scilicet omnis homo ẽ animal. Et si tale mediũ possit subiici maiori extremitati ⁊ predicari de minori entimema reducitur ad primã figuram. Et si predicatur de vtraqꝫ sic reducitur ad secũdam. Et si subiicitur vtriqꝫ sic reducitur ad tertiam figuram.

Tertio sciẽdum ꝙ exemplũ sic diffinitur. Exemplũ ẽ pgressus ab vno particulari ad aliud particulare pbandũ ppter aliqđ simile in ipsis repertum: vt sortes est risibilis. g̃ plato est risibilis eo ꝙ vterqꝫ est hõ in quo hñt similitudinem essentialẽ. In qua diffõne ponitur pgressus loco generis. ⁊ ponitur ab vno particulari ad differentiã entimematis ⁊ syllogismi. ⁊ ponitur ad aliud particulare ad differentiam iductionis que pcedit ad vniuersale pbandum. ⁊ ponitur ppter aliquod simile in ipsis repertuz ad ostendendum vñ prouenit virtus pbationis in exemplo: qr pueniunt ppter similitudinem duorũ particulariuz adinuicem: ⁊ quicquid conuenit vni singulari inquantum est simile alteri etiam conuenit alteri vt risibile conuenit sorti inquantum est homo: ideo risibile conuenit platoni inquantum est homo.

Quarto sciendum est ꝙ ad reducendũ exemplũ ad sillogismũ opꝫ pmo per inductionem imperfectam ostendere maiorez extremitatem que est predicatum conclusionis de illo cõmuni in quo conueniunt illa singularia. ⁊ per illud commune ostenditur syllogistice de alio singulari qđ ẽ minor extremitas: vt arguẽdo sic sor. ẽ risibil'. g̃ ois hõ ẽ risibil'. ibi ẽ iductio imperfecta. et vltra. omnis homo ẽ risibilis plato est homo. ergo plato est risibilis: in hoc syllogismo homo ponitur pro medio:

⁊ illud commune in quo sibi assimilatur pro maiori extremitate: ⁊ suum simile quod est plato est minor extremitas. Et diffinitur aliter exemplum ab Arist. Exemplum est argumentatio que per simile in notis extremitatis ostendit maiorem extremitatem de medio: per medium de minori extremitate: ⁊ oportet maiorẽ extremitatem notiori mõ convenire, primo singulari q̃z medio: ⁊ q̃ notius insit medio q̃z minori extremitati. Rõne cuius totus processus exemplaris vocatur: ⁊ per hoc pz quid sit entimema ⁊ exemplum: ⁊ quo modo reducuntur ad syllogismum.

Sed cõtra predicta arguitur primo sic: entimema ⁊ syllogismus inter se opponuntur. ⁊ sunt species distincte: ergo entimema non est syllogismus. ¶ Secundo sic in ꝑmo oposte. dr̃ q̃ entimema ẽ vere sylogism⁹ q̃ entimẽa ſi ẽ sylogism⁹ impfect⁹. ¶ Tertio sic hic est syllogismus imperfectus: omnis asinus currit: ergo omnis homo currit. ⁊ posita illa minori: omnis homo est asinus: erit syllogismus perfectus ⁊ tamẽ nõ ẽ bona cõsequentia: ergo male dicitur q̃ in entimemate est bona cõsequentia. ¶ Quarto sic: vnum singulare simile alteri nõ est magis notum q̃z aliud: sed ois argumentatio procedit a magis noto ad minus notum: ergo in exemplo vnum particulare non probatur per aliud. ¶ Quinto sic: non sequitur. sortes est risibilis. ergo omnis homo est risibilis. ⁊ tamen ibi arguitur eo modo reducendo exemplum ad syllogismum ostendendo maiorem extremitatem de medio in quo conueniunt plura singularia. ergo exemplum non est reducibile ad syllogismum.

Ad argumenta. Ad primum istorum dicitur q̃ lz entimema nõ sit syllogismus perfectus in modo ⁊ in figura formaliter: tamen ẽ bene pefectus virtualiter. ⁊ est imperfectus formaliter: eo q̃ deficit vna ꝑmissarũ: ⁊ est perfectus virtualiter quia ibi sunt sunt due ꝑmisse ſm intellectũ arguẽtis: qui tacet vnã quam presupponit per se eẽ notã. ideo dicitur perfect⁹ syllogismus. ⁊ per hoc soluitur secundum argumẽtũ. ¶ Ad tertium dicitur. q̃ in entimemate requiritur q̃ illa premissa quam presupponit sit vera vel probabilis: ⁊ hoc⁹ nõ fit in isto argumento. omnis asinus currit. ergo omnis homo currit. ideo ibi non est entimema. ⁊ licet ibi sit syllogismus perfectus formaliter. non tamen est perfectus virtualiter. quod requiritur ad rationẽ entimematis. ¶ Ad quartum dicitur. q̃ licet ſm rem vnum singulare non sit notius alio in eo q̃ singularia sunt. tamẽ bene potest esse quo ad nos notius alio. ⁊ ſm hoc põt probare aliud. ¶ Ad quintum dicitur. q̃ licet inducendo exemplum ad syllogismum in illa reductione imperfecta non sit consequentia ꝑnecessaria tñ bene est ibi consequentia probabilis: quia probabile ẽ q̃ maior extremitas conueniat vni singulari. eo q̃ conuenit cum alio singulari in tali medio. ⁊ illud singulare continetur sub illo medio q̃ illa maior extremitas illi medio vniuersaliter conueniat.

¶ Argumentum autem per locum confirmatur vnde danda est diffinitio loci put hic sumit: Locus enĩ est sedes argumenti. vel id vnde ad questionẽ propositam conueniens trahitur argumentum. Quid autem sit questio dictum est prius. Et secundum autem q̃ propositio: questio: ⁊ conclusio ſm substantiam siue in subiecto idem sunt. Eadẽ enĩ oratio propositio est ⁊ questio ⁊ cõclusio: vt hic omnis homo currit. Differunt autem ſm rationes vel diffinitiones diuersas: vt prius patuit. Secundum enim q̃ dubitatur est questio: prout autem probata est per argumentum est conclusio: prout autem ponitur pro alio in premissis est propositio. vnde propositio. dicitur secundum q̃ est ĩ premissis ad probandum conclusionez. Enunciatio autẽ est ſm q̃ significat eẽ vel ñ eẽ: vt sortes currit. sortes nõ currit. Habito de diffinitione loci sequitur ipsius loci diuisio. Locus autem diuiditur in locũ maximam: ⁊ in locuz differentie maxime. Locus maxima idem est quod ipsa maxima. Maxima autem est propositio qua altera non est prior neqz notior vt omne totum maius est sua parte. Item de quocunqz predicatur diffinitio ⁊ diffinitũ. De quocunqz predicatur species ⁊ genus. Locus vero differẽtie maxime est ille quo vna maxima differt ab alia maxima. verbi gratia. Iste maxime. De quocunqz predicatur species ⁊ genus. De quocunqz diffinitio ⁊ diffinitum: differunt per terminos ex quibus componuntur. Vna enim componitur ex genere ⁊ specie. altera vero ex diffinitione ⁊ diffinito. Vnde isti termini simplices dicuntur differentie maxime: ⁊ tam locus maxima quã locus differentie maxime dicitur locus: qr vtrũqz confert firmitudinem ⁊ robur argumento. Vnde proportionabiliter sumitur hic locus ad locum in rebus naturalibus: quia sicut ille seruat res in esse: Sic similiter hic locus conseruat argumentum.

¶ Postq̃z auctor⁹ determinauit de argumento ⁊ argumẽtatione. Hic cõsequenter determinat de loco qui per argumentum diffinitur ſm q̃ in eo confirmatur ipsum argumentum ipsum primo sic diffiniens. Locus est sedes argumenti. vel id a quo ad propositam questionem conueniẽs elicitur argumentum. Cuius ratio est. quia locus est habitudo necessaria terminorum adinuicem. Vel est propositio necessaria que est per se nota. propter talem habitudinem terminorum inter se. sed in tali habitudine terminorũ inter se. vel in propositione per se nota q̃ fit ex illis terminis confirmat medium probans ⁊ inferens conclusionez. qd̃ dicitur argumentum. ⁊ etiam elicitur virtus argumẽti ad propositã questionẽ ex illa habitudine terminoꝝ. vel ex aliqua propositione per se nota. ideo locus bene dicitur argumentum. vel aliud a quo elicitur argumentũ. Prima aũt pars conuenientius ⁊ principalius conuenit loco maxime. ⁊ secunda conuenit loco differẽtie maxie: q̃uis quelibet pars aliquo mõ possit cõpetere cuilibet loco: quia in vtroqz cõfirmat argumentũ: ⁊ etiaz ab vtroqz põt elici argumentum ad aliquam ꝑpositã questionem.

Primo sciendum q̃ lʒ non capitur proprie locus pro supficie corporis cõtinentis q̃ est mẽsura locati: vt capitur in predicamentis. sed capitur transumptiue pro habitudine terminorũ vel ꝑpõne per se nota que est aliquo modo generatiua ⁊ conseruatiua argumenti: sicut locus dicitur conseruatiuus locati. Et dicitur etiam talis locus dyalecticus sedes argumenti: non ꝑprie sed metaphorice siue transumptiue: quia sicut sedens in sede confirmatur ⁊ quiescit: ita argumentatio quiescit ⁊ confirmatur in loco dyalectico: qr cũ intellectus dubitat de virtute probatiua vel illatiua argumenti. ⁊ reperit habitudinem terminorum: vel ꝑpõnẽ per se notam vbi cõfirmatur illa habitudo: tunc intellectus quiescit ⁊ amplius non dubitat de illa virtute: nec de conclusione probata per argumentum.

Secundo sciendum q̃ locus diuiditur per locum maximam: ⁊ locum differentiam maxime: qui sic inter se differunt. quia locus differentia maxime dicit habitudinem terminorum in qua fundatur et confirmatur argumentum: incomplete tamen et

imperfecte. et locus maxima dicit propositionem per se notam propter illam habitudinem terminorum que complete et explicite terminat argumentum verbi gratia arguendo sic. sortes est homo. ergo sortes est animal. si probetur per locum a specie ad genus est locus differentia maxime et terminat imperfecte argumentum: quia potest adhuc dubitari qualis est illa habitudo speciei ad genus. sed cum advenit ista maxima de quocunque predicatur species et suum genus. tunc explicite terminatur argumentum. et per hoc habetur sufficientia istorum membrorum: quia omnis locus confirmat argumentum. vel ergo confirmat explicite et perfecte: et sic est locus maxima. vel implicite et imperfecte. et sic est differentia maxime. Ex quibus patet quod locus differentia maxime via generationis est prior quam locus maxima tamen via perfectionis est posterior: et dicitur locus maxima per appositionem. Et sic ibi non est incongruitas constructionis. maxima cum tenetur substantive et non adiective.

Tertio sciendum quod locus maxima idem est quod ipsa maxima: et maxima est propositio per se nota, qua non est altera prior neque notior: ut omne totum est maius sua parte. Et ratio diffinitionis est: quia in tali propositione est habitudo immediata vel per se nota terminorum inter se. ideo cognitis illis terminis intellectus statim apprehendit habitudinem illorum terminorum. et cognoscit propositionem necessariam que fit ex illis terminis. et illa notificatur per aliam propositionem. sed per suos terminos. ideo nulla est notior ipsa. et vocatur maxima: quia licet sit parva in quantitate: est tamen maxima in virtute: et in gradu certitudinis: quia potest certificare multas alias propositiones. Alio nomine dicitur dignitas: quia seipsam dignificat ut ab intellectu cognoscatur. Alio modo dicitur communis animi conceptio: quia ab intellectu multorum faciliter concipitur. ideo illam sic diffinit Boetius: communis animi conceptio est quam quisque probat auditam.

Quarto sciendum quod locus differentia maxime est ille per quem una maxima differt ab alia: ut sunt termini habentes necessariam habitudinem inter se: ex quibus provenit necessitas illius maxime: ut iste maxime. de quocunque predicatur species et suum genus et de quocunque predicatur diffinitio et diffinitum. differunt per suos terminos: et illi termini inquantum habent habitudinem necessariam adinvicem vocantur loci differentie maxime. unde dicuntur loci inquantum ex ipsis elicitur argumentum: vel in ipsis confirmatur. et dicuntur differentie maxime inquantum faciunt unam maximam differre ab alia.

Contra predicta arguitur primo sic: argumentum est medium argumentationis probans conclusionem. et locus maxima est una propositio argumentationis. sed medium non confirmatur in premissis argumentationis. ergo locus maxima non est sedes argumenti. ¶ Secundo sic. argumentum et locus idem sunt. ut in isto argumento homo currit. ergo animal currit. homo est argumentum. quia est medium probans conclusionem. et etiam est locus inquantum in ipso est species. et dicitur locus a specie. sed idem non confirmat seipsum. ergo locus male dicitur sedes argumenti. ¶ Tertio sic. locus differentia maxime est pars loci maxime. et in eo continetur. ergo membra huius divisionis coincidunt. ¶ Quarto sic. hec est una maxima. omne totum est maius sua parte. et tamen aliqua est notior ipsa. ut ista: de quolibet esse vel non esse de nullo ambo simul. ergo contra diffinitionem maxime. ¶ Quinto sic. omnis locus est habitudo. ut patet in diffinitionibus omnium locorum. sed termini maxime non sunt habitudo: ergo male dicuntur loci differentie maxime.

Primo sciendũ quod duplex est totũ integrale. s. homogeneũ et etherogeneũ. Totũ homogeneũ est quod est eiusdem nature in omnibus suis partibus quarum quelibet recipit predicationẽ sui totius: vt terra et aer. vnde quelibet pars terre est terra et quelibet pars aeris est aer. Et dicitur homogeneum ab homos qđ est simile. et geneos qđ est natura: quasi similis nature in omnibus suis partibus. Sed totũ etherogeneũ est quod est diuerse nature in omnibus suis partibus: et non põt p̃dicari de quolibet eius parte: vt hõ et equus. hõ. n. hz ptes diuersas: vt sũt os: caro et sanguis: nec põt de ipsis p̃dicari in recto. Et dicitur etherogeneũ ab etheron qđ est variũ: et geneos nã quasi aliqđ diuerse nature: seu varie in oĩbus suis partibus. Et cuilibet istorum conuenit presens diffinitio.

Secundo est sciendũ quod pars integralis est pars quantitatiua cõponens totũ integrale. et q̃nqz vocatur pars materialis: q̃nqz pars integralis et q̃nqz pars quãtitatiua: tñ sm̃ diuersas rõnes. Dicitur. n. materialis inquantũ includit partẽ materie ipsius cõpositi. et dicitur quantitatiua eo quod includit q̃ntitatẽ: et est composita ex materia et quantitate. Sed dicitur integralis eo quod integrat et perficit suũ totũ: et sic sunt eedẽ ptes sm̃ substantiã que dicuntur materiales integrales et quantitatiue. Sz tales partes adhuc distinguuntur. quia quedam sunt ptes p̃ncipales totius: et sunt ille sine quibus totũ nõ põt eẽ sz de necessitate requiruntur ad eẽ totius: vt paries tectũ: et fundamẽtũ respectu domus. Alie sũt minus p̃ncipales q̃ nõ sũt necessarie ad eẽ cõpositi: sz tm̃ ad bñ eẽ sine qbus totũ põt existere vt fenestra vel ostiũ in domo. Et dicta p̃dicta itelligitur de oĩbus ptibus: sz locus a pte itegrali solũ sumitur a ptibus p̃ncipalibus et sic arguẽdo a toto ad ptẽ oz arguere ptes p̃ncipales

Tertio sciendũ est quod locus a toto integrali est habitudo ipsius ad suã partẽ itegralẽ: et tenet cõstructiue: vt domus est. ergo paries est. Maxima. posito toto integrali ponitur q̃libet eius ps. Cuius rõ est. quia totũ integrale cõponitur ex suis ptibus p̃ncipalibus: et necessario requiruntur ad eẽ ipsius. ergo posito ipso toto: necessario ponũtur eius ptes. Sz talis locus nõ tenet destructiue: cuius rõ est: quia partes totius integralis sm̃ eẽ priores sunt suo toto: nec ab ipso susceperũt esse. ergo destructo toto non oportet partes destrui: quia destructo posteriori non propter hoc destruitur prius. ideo iste locus non tenet destructiue.

Quarto sciendũ quod locus a parte integrali est habitudo ipsius ad suũ totũ. Et tenet destructiue: vt paries nõ est ergo domus nõ est. Maxima. destructa parte integrali destruitur eius totũ. Cuius rõ est. quia destructo priori destruitur posterius qđ ab eo suscipit: sed totũ integrale est posterius suis partibus: et ab eis suscepit eẽ: ergo. Sz nõ tenet iste locus affirmatiue: et ratio est: quia posito priori quod est in potẽtia ad posterius nõ est necesse ponere posterius sed partes sunt in potẽtia ad totũ itegrale: et p̃cedũt ipm. ideo posita parte non sequitur propter hoc positio totius.

Contra predicta arguitur primo sic. hec oratio homo est animal rõnale: est totũ integrale: et tñ nõ componitur ex partibus quãtitatẽ habẽtibus. ergo cõtra diffinitionẽ totius itegralis. Secũdo sic. non sequitur. domus valet centum libras. ergo et paries. vel domus est alba. ergo et fundamentum eius et tamen arguitur a toto integrali. ergo locus a toto integrali non tenet affirmatiue. Tertio sic. totuz integrale dat esse suis partibus. quia simul vnit et actuat ipsas. ergo locus a toto integrali valet destructiue. Quarto sic nõ sequitur. pes sortis nõ est. ergo sortes non est. et tñ ibi arguitur a pte itegrali ad suuz totũ ergo a parte integrali nõ tenet negatiue. Quinto sic. bene sequitur. pars aque est. ergo aqua est. et similiter pars panis est ergo panis est. et tñ ibi arguitur a parte integrali ad suum totũ cõstructiue. ergo iste locus non tantum valet destructiue.

Ad argumẽta ad primuz dicitur quod illa oratio non est totuz integrale proprie: et sm̃ veritatẽ: sed soluz sm̃ similitudinẽ eo quod integratur ex pluribus vocibus significatiuis. sicut totuz integrale componitur ex partibus q̃ntitatẽ habẽtibus. et eo modo quo dicitur totuz integrale cõponitur ex partibus q̃ntitatẽ habentibus sm̃ similitudinẽ. et eodẽ modo diceret de aliis pluribus entibus rõnis. que se habent per moduz totius integralis. Ad sõm dicitur. quod locus a toto integrali solũ tenet pro parte quantuz ad existentiã totius et partis respectu huius verbi est secundi adiacentis. ideo ibi non bene arguitur per istuz locuz. domus valet centuz libras. ergo et paries. nec econtra argueretur a pte integrali. paries valet cetuz libras ergo et domus. q̃uis ibi sit bona cõsequentia. tenet enim per locũ a minore ad maius nõ per habitudinẽ partis ad totũ. Ad tertiũ dicitur quod totuz integrale bñ dat esse totius et esse cõis suis partibus. sed nõ dat ipsis esse p̃priũ partiuz. ideo ipso destructo non est necesse qđ partes destruantur sm̃ esse propriuz ipsaꝝ. Ad quartũ dicitur quod locus a parte integrali solũ tenet arguendo a partibus principalibus. mõ pes sortis nõ est pars principalis eius. ideo ibi nõ bene arguitur per locũ a parte itegrali. Ad qntũ dicitur. quod lz bene sequatur ps aque est ergo aqua est. tñ hoc nõ est p̃pter habitudinẽ partis itegralis ad suuz totuz. sz ptis subiectiue. quia in quolibz toto homogeneo ptes itegrales sunt quantitatiue et etiam subiectiue. eo quod totuz de ipsis p̃dicatur vt superius de inferiori. sed sm̃ suũ eẽ q̃ntitatiuũ est totũ itegrale et sm̃ suam essentiã sz quã verificatur de oĩbus suis ptibus est totũ vniuersale. et sic ibi potest sumi locus a parte subiectiua et a pte itegrali. sed diuersimode sm̃ diuersas habitudines.

Totum in quantitate est quando vniuersale sumitur vliter: vt omnis hõ: nullus hõ. Locus a toto in quãtitate est habitudo ipsius ad suã ptem qui est cõstructiuus et destructiuus: vt omnis hõ currit: ergo sortes currit. locus a toto in quantitate. maxima. Quicqđ predicatur de toto in quãtitate et de qualibet eius parte. vel si vniuersalis est vera quelibet eius singularis est vera. Destructiue sic: nullus hõ currit: ergo sortes non currit. locus a toto in quãtitate. maxima. Quicquid remouetur a toto in quantitate a qualibet eius pte. Vel si vlis est vera: quelibet eius singularis est vera. locus a parte in quantitate est habituto partium in quantitate omnium simul sumptoruz ad suũ totũ. Et est constructiuus et destructiuus: vt sortes currit: plato currit: cicero currit: et sic de aliis: ergo omnis hõ currit. locus a parte in quãtitate. maxima. Quicquid predicatur de oĩbus partibus in quantitate simul positis et de suo toto. Ne-

gatiue sic. Sortes non currit: plato non currit: ci cero non currit: ⁊ sic de singulis. ergo nullus homo currit. locus a parte in quantitate. maxima: Quicquid remouetur a partibus in quantitate simul sumptis: ⁊ a suo toto. Uel si quelibet singularis est vera: sua vniuersalis est vera.

¶ Postq̃ auctor determinauit de loco a toto integrali. hic ꝯñr determinat de loco a toto in quantitate ipsum p̱mo sic diffiniens. Totũ in q̃ztitate est vl'e vniuersaliter sũptũ. i. cũ signo vl'i: vt omnis homo ibi homo est totũ in q̃ztitate non ſm se: sed ſm q̃d est distributũ per illud signuz oĩs. rõne cui⁹ tenet vniuersaliter. q2 si ſm se sumat est totum vniuersale. ⁊ cũ sumit vl'r est totũ in q̃ztitate. i hoc. n. differunt illa duo tota. q2 totũ vniuersale importat naturã vniuersalẽ per modũ vnius in cõi: ⁊ totũ in quantitate importat illã naturã per modũ pluriũ inquantũ diuisa est ⁊ multiplicata per sua inferiora. vt cũ dicit omnis homo importatur natura humana: vt diuisa ⁊ multiplicata per omnia inferiora eius. Ex quibus patet. ꝙ dicẽdo omnis homo. illud aggregatũ ex signo ⁊ termino cõmuni non ꝓprie dicitur totũ in quantitate sed terminus cõmunis distributus vocat totum in quantitate: per similitudinem ad quantitatem cõtinuam. q2 sicut continuum est diuisibile in plures partes: quarũ quelibet suscipit predicationez totius: vt linea diuiditur per plures lineas: sic tale totum multiplicatur per plures partes de quib⁹ põt p̃dicari ſm se. Patet vlterius ꝙ pars tot⁹ in quantitate est singulare. vel inferius contentũ sub vniuersali distributo.

Primo sciendũ ꝙ locus a toto in quantitate ẽ habitudo eius ad suam partẽ. Et tenet affirmatiue ⁊ negatiue. Affirmatiue sic oĩs homo currit. ergo sortes currit: ⁊ plato currit. ⁊ sic de aliis. Maxima Quicq̃d predicatur de toto in quantitate. ⁊ d' qualibet eius p̃te Cui⁹ ratio est. q2 omnes partes eius simul ⁊ a tualiter includunt in ipso toto in quantitate. sicut oĩs homo includit sortem ⁊ platonem. ⁊ sic de aliis. ⁊ quia actualiter includit sua inferiora. ideo posito toto in quãtitate: ponitur necessario quelibet eius pars: ⁊ sic tenet affirmatiue. Negatiue sic. Nullus homo currit. ergo sortes non currit. plato non currit. ⁊ sic de aliis. Maxima. Quicquid negatur de toto in quantitate: negatur ẽt de qualibet eius parte: ⁊ est eadem ratio sicut in precedenti.

Secundo sciendũ ꝙ dupliciter põt argui per locũ a toto in quãtitate. Prio subiiciendo ipsum: vt prius visum est. Alio modo predicando ipsum: vt bene sequitur. sortes videt omnẽ hominẽ. ergo sortes videt platonẽ calliã. ⁊ sic de aliis. ⁊ ẽt predicando i recto totũ in quantitate: vt sortes est omnis homo. g' sortes est plato callias. ⁊ sic de aliis. quia q̃zuis illa propositio sit falsa in qua predicatur vl'e vl'r sumptũ. tñ aliqua talis põt esse alicui ꝓbabilis. iõ ſm ipsam bene potest formari sillogismus dialecticus. Unde generaliter loquendo quotienscunq3 ponitur totuz in quantitate remanens totum in quantitate ipso posito ponuntur sue partes. ⁊ ipso remoto remouentur.

Tertio sciendum ꝙ locus a partibus totius in q̃ztitate est habitudo illarũ partiũ ad suũ totum. Et tenet affirmatiue sic sortes currit plato currit. ⁊ sic de aliis. ergo omnis hõ currit. Maxima. positis partibus totius in quantitate ponitur. ⁊ ipsum totum. Cui⁹ ratio est. quia ad esse totius in quantitate sufficit actualis positio. ⁊ vnio suarum partium sufficienter enumeratarum. Et tenet negatiue sic. sortes non currit. plato non currit. ⁊ sic de aliis. ergo nullus homo currit. Maxima. Destructis partibus totius in quantitate destruitur ipm totum. Cuius ratio est. quia ad suũ esse actuale requiruntur omnes sue partes. eo ꝙ ipsum actualiter scindit oẽs illas. ergo ipsis remotis non manet suum esse.

Quarto sciẽdũ ꝙ dupliciter põt argui a partibus tot⁹ in quãtitate. Uno mõ accipiẽdo vnã partem tñ: ⁊ sic non tenet locus affirmatiue. nec etiã negatiue toto in quãtitate remanẽte sub forma tot⁹ in quãtitate: lz bene valeat ad destruẽdũ ipm q̃ztũ ad totalitatẽ eius vt bene seqtur. sortes nõ currit. ergo nõ oĩs hõ currit. sed quia in consequente nõ remanet totũ in quantitate. iõ ibi non bene arguit per locum a parte tot⁹ in quãtitate: sed equiualenter est ibi loc⁹ a specie. q2 sortes est inferi⁹ ad aliquem hominem. Alio modo põt argui cũ sufficienti enumeratione partiũ tot⁹ in quãntitate capiendo eas sub nominib⁹ propriis cũ illa particula: ⁊ non sũt plures: si sunt i numero determinato: ⁊ si sint in numero incerto debẽt capi aliquę partes in numero finito cõprehendendo alias sub illa particula cõmuni: ⁊ sic de aliis. Et sic tenet iste locus affirmatiue ⁊ negatiue: vt dictum est.

Sed contra predicta arguit p̱mo sic: totũ vl'e: ⁊ totũ in quãtitate sũt diuersa tota. vt dictũ est: sed vl'e vl'r sumptũ ẽ totũ vl'e: q2 ẽ superi⁹ eẽntiale: ergo nõ est totum in quãtitate: ⁊ sic diffinitio ẽ insufficiens. ¶ Secũdo sic: nõ sequitur: oĩs homo currit ergo adam currit: cũ anteceẽdẽs possit esse verũ ⁊ cõsequens falsum. ergo locus a toto in q̃ztitate non tenet ꝯstructiue. ¶ Tertio sic: destructa aliqua parte tot⁹ in q̃ztitate destruit ipsum totum. ⁊ tamen vna destructa nõ opz destruere alias: ergo destructo toto in quantitate nõ opz destruere quãlibet eius p̃tem: ⁊ sic locus a toto in quãtitate non tenet negatiue. Quarto sic arguendo a particularibus ad vl'e sit petitio principii: quia ibi petit vl'e in suis singularibus ergo a partib⁹ i quãtitate ad suũ totũ non est loc⁹ dialectic⁹. ¶ Quinto sic. nõ sequit. sortes nõ est totũ in quãtitate: plato non est totum in quãtitate: ⁊ sic de aliis: ergo oĩs homo non est totuz in quãtitate: ergo locus a partib⁹ totius in quantitate non valet negatiue.

Ad argumenta ad p̱mũ dr. ꝙ lz vniuersale vl'r sumptuz ſm suam eẽntia sit totum vl'e: non tñ ſm esse sub quo accipit: q2 accipitur sub modo plurium ⁊ nõ sub modo vni⁹: q̃d tñ requirit ad totum vl'e. ¶ Ad scd̃m dr. ꝙ in illo antecedente homo solum distribuit pro p̃sentib⁹. modo adam nõ ẽ p̃sens: ideo non est pars illius tot⁹: nec arguitur a toto ad partem. ¶ Ad tertium dr. ꝙ lz destructa vna p̃te tot⁹ in quãtitate bene destruat ipsum totum quantum ad rõnez tot⁹. tamen nõ arguitur negatiue ab ipso manẽte toto: q̃d tñ requirit ad arguendum per istum locum: sed si ipsũ totum teneatur sub rõne tot⁹ bene valebit negatiue ad q̃zlibet ei⁹ partem. ¶ Ad quartũ dr. ꝙ arguẽdo a partib⁹ totius in quãtitate ad suum totum respectu p̃dicati: q̃d notiori mõ cõuenit toti q̃z partibus sit petitio p̃ncipii: sed arguendo respectu p̃dicati q̃d notiori mõ conuenit partibus q̃z toti ibi est bonus locus dialecticus: siue illud predicatum conueniat ipsis notiori modo simpliciter siue quo ad nos: siue sit in predicatis eentialibus siue accidẽtalib⁹: vnde hic est bonus locus dialecticus: sortes est substãtia: plato est substantia: ⁊ sic de aliis: ergo oĩs homo est substãtia ⁊ hoc si antecedens sit notius respondẽti q̃z consequens. ¶ Ad quintum dr. ꝙ ibi arguitur a partib⁹ in quantitate ea parte qua differunt ab ipso toto. ⁊ nõ ea parte qua cũ ipso conueniunt. ideo cõsequentia non valet.

¶ Totũ in mõ est ipsum vniuersale sumptuz sine determinatione. vt homo. Pars in mõ ẽ vniuersale sumptũ cum determinatione nõ diminuẽte vt hõ albus. Et q2 omnia formant similiter argumenta: ⁊ maxime in hoc loco ⁊ sua parte: sicut in genere ⁊ spẽ. iõ relinquantur exempla.

¶ Postq̃z determinatuz ẽ de loco a toto in quantitate hic ꝯñter auctor determinat d' loco a toto i modo. Ratione cuius p̱mo sic diffinit totum in modo dicens. Totũ

in modo est vniuersale sumptū sine determinatione: vt hō per se sumptꝰ ꝗ dicitur totū in modo. Cuius ratio: ē qꝛ hō sumptus sine determinatione est totū respectu sui ipsiꝰ modificati: qꝛ homo in cōmuni se extendit ad omnia sua supposita: sed cum dicitur homo albus, homo ibi modificat̃ per illam determinationem albus. ꝛ solum sumitur pro illa parte vna suorū suppositorum. Et potest etiam dari alia ratio. qꝛ vniuersale sumptuꝫ sine determinatione ſm se est sine mō. ideo pōt dici totū in mō. i. sine modo: capiendo in priuatiue: sed precedens ratio melior est: qꝛ si daretur totū in modo priuatiue tñ: tūc totum vniuersale posset dici totuꝫ i mō. iō meliꝰ dr̃ totū in mō eo ꝙ est totū respectu partis in mō. s. respectu sumptius: vel sui inferioris modificati. vñ in hac diffinitione ponitur sine determinatione ad dr̃iam partis in mō: que sumitur cum determinatione.

Primo sciendū ꝙ pars in modo est vle sumptum cū determinatione non diminuēte: vel est pars subiectiua alicuiꝰ superioris sumpta cū determinatione contrahente: vt hō albus est pars in mō respectu hominis ꝛ etiam respectu animalis. Cuius ratio. qꝛ vle sumptum cū determinatione contrahente restringitur ad stā dum pro vna parte suorum inferiorum: si illa determinatio ꝯhibeat quo ad supposita. ideo vle sic acceptū ē pars respectu sumptius accepti sine determinatione: ꝛ est etiam pars sui superioris sumpti sine determinatione. vt homo albus est pars animalis: qꝛ solum continet partem suppositorum eius. vnde in predicta diffinitione ponitur vle loco generis: et ponitur sumptū cum determinatione ad dr̃iam totiꝰ vlis ꝛ ponitur non diminuente ad differētiam dicti ſm qd qḋ sumitur cum determinatione diminuente.

Secundo sciēdum ꝙ triplex est determinatio. ꝗdam est determinatio cōtrahens tñ: que nō priuat nec diminuit rōnē eius cui adiūgitur: vt albus est determinatio hoīs: cū dr̃. homo est albus. ꝛ nullo mō tollit cōpletam rōnem hoīs. Alia est determinatio priuans. que totaliter priuat rōnem eius cui adiūgit̃. vt dicendo hō mortuus. ibi mortuus priuat rōnē hoīs. Alia ē determinatio diminuens ꝗ nō tollit ſimplr̃ rōnē illiꝰ cui adiungitur. sed partim tollit ꝛ partim relinqt. sicut ē imaginabile ꝛ opinabile respectu entis. vt dicendo ens opinabile diminuit rōneꝫ entis. qꝛ facit ipsū reuerti in cōmuni. vt se extendit ad ens reale: ꝛ ad ens in apprehensione sue rōnis: ꝛ sic partim tollit rō entis. ꝛ partim relinquit. Et differūt in hoc ille tres determinationes. qꝛ vltime due faciūt dictum ſm qd. ꝛ iō quelibet ipsaruꝫ facit locū sophisticuꝫ a dicto ſm qd ad dictū simplr̃. vt non sequit̃. chimera est ens opinabile. ergo est ens. ꝛ sic de multis aliis. Sed determinatio contrahens tñ que nullo modo diminuit. facit parteꝫ in modo. que quidem pars quandoqꝫ vocatur dictum ſꝫ quid capiēdo generaliter dictū ſm qd pro omni dicto sumpto cum determinatione aliqua. ꝛ totum in modo quandoqꝫ vocatur dictum simpliciter.

Tertio sciendum ꝙ locus a toto in mō est habitudo ipsius ad suā partē. ꝛ tenet destructiue sic. lapis nō est hō ergo lapis nō est hō albus. Maxima. destructo toto in modo destruit̃ ꝗlibet eiꝰ pars. Cuiꝰ rō ē qꝛ destructo priori ſm naturā destruunt̃ posteriora. sed totum in mō est prius ꝛ superius respectu sue partis. quare ipso destructo destruitur sua pars. iō iste locꝰ tenet destructiue. sed non tenet cōstructiue. qꝛ posito superiori nō opꝫ ponere inferius. sicut dictū ē in loco a genere. vñ iste locus eodem modo tenet sicut locus a genere. ꝛ locus a parte in modo tenet sicut locus a specie.

Quarto sciendū ꝙ locꝰ a pte i mō ē habitudo ipsiꝰ ad suū totū. ꝛ tenet ꝯstructiue duobus modis. ꝑmo mō subiiciēdo ptē i mō affirmatiue. vt hō albꝰ currit. ḡ hō currit. Maxima. qcqd p̄dicat̃ de pte i mō p̄dicat̃ d suo toto. Et rō ē. qꝛ qcqd p̄dicat̃ de iferiori p̄dicatur de suo supiori. qđ actu ꝛ itellectu icludit̃ in inferiori. sꝫ totū in modo est superius ad partē in modo ꝛ actualiter in ea continetur. Alio mō tenet p̄dicando affirmatiue: vt sortes est hō albus. ergo sortes est homo. Maxima. de quocunqꝫ predicat̃ pars in modo: ꝛ ipsum totū ꝓpter rōnē iā dictā. Sed iste locus nō tꝫ destructiue. qꝛ ad negationeꝫ inferioris non sequitur negatio superioris. lꝫ bene sequatur. homo albus non currit. ergo hō non currit: qꝛ ibi ps i mō nō destruit̃ p negationē: sꝫ tñ aliqd remouet̃ ab ipa.

Contra predicta arguit̃ ꝑmo sic. vle sūptū sine determinatiōe est totū vniuersale: sed totū in modo nō est totū vniuersale. ergo totum in modo nō est vniuersale sumptū sine determinatione. ¶ Scđo sic. oē totū plura cōtinet ꝗꝫ sua ps: sed hō nō plura cōtinet ꝗꝫ hō albus: ḡ nō est totū respectu hominis albi: ꝛ sic vniuersale sumptū sine determinatiōe nō est totū in mō. ¶ Tertio sic. hō albꝰ ē ps in mō: ꝛ tñ hō sumit̃ cū determinatiōe diminuente. qꝛ albus ꝯhibet hoieꝫ ꝛ diminuit eius acceptionē. qꝛ facit ipsū solū teneri p hoībus albis: ꝛ sic ē determinatio diminuēs. ḡ ꝯ diffinitionē partis in mō. ¶ Quarto sic. in oī loco consequens debet icludi in antecedēte: sꝫ ps i mō nō includit̃ actualiter i suo toto: ḡ a toto in mō ad suā ptē nō valet locus affirmatiue nec negatiue. ¶ Quinto sic: bñ seqt̃. lapis nō est hō risibilis. ergo lapis nō est hō: ꝛ tñ arguit̃ a parte i mō destructiue: ergo locus a parte in mō tenet destructiue.

Ad argumenta ad primū dicit̃. ꝙ vniuersale sumptū sine determinatiōe respectu partis sub eo cōstitute per dr̃iam essentialeꝫ ꝛ intrīsecā dicit̃ totū vniuersale: sed respectu ptis sub eo cōstitute p differentiā accidentalē ꝛ extrinsecā dicit̃ totuꝫ in modo. totū enim cū dicatur relatiue ad ptē habet variari ſm variationē sue partis. ¶ Ad secundum dr̃. ꝙ lꝫ homo nō cōtineat plura ſm significata ꝗꝫ hō albus. tñ ſm supposita plura ꝯtinet ꝛ se habet in plus: ideo quo ad ambitū suppositorū dr̃ totū respectu hoīs albi: lꝫ ſm significata possit dici pars integralis ſm moduꝫ respectu hominis albi. ¶ Ad tertiū dr̃. ꝙ lꝫ albū diminuat illud dictuꝫ homo quo ad ambitū sue cōmunitatis ꝛ ꝗtū ad suppositione que est pro suppositis. tñ non diminuit ipsiꝫ quantū ad rōneꝫ formalē eius: ideo albus non est determinatio diminuens respectu hoīs. ¶ Ad quartuꝫ dr̃. ꝙ lꝫ ꝯñs cōplexuꝫ semper includat̃ virtualiter in antecedente: ꝛ ponitur actualiter in ipso. tamē terminus illatus nō semper debet actualiter contineri in termino inferente: ideo licet pars in modo non sit actualiter in suo toto: non tñ sequit̃ ꝙ a toto non sumatur locus dialecticus. ¶ Ad quintum dr̃. ꝙ homo risibilis non est pars in modo respectu hominis. qꝛ lꝫ risibile sit determinatio hoīs quantū ad modū intelligendi: nō tñ est determinatio contrahens ipsum quo ad supposita ꝛ que faciat ipsum teneri pro parte suorum suppositorum: ideo non facit partem in modo respectu hominis: sꝫ bene respectu animalis.

¶ Totū in loco est dictio comprehendens omnē locū aduerbialiter: vt vbiqꝫ. Pars in loco est dictio comprehendens vnū locuꝫ aduerbialiter: vt hic vel ibi. Locus a toto in loco est habitudo ipsius ad suā partem. ꝛ est constructiuus ꝛ destructiuus. vt deus est vbiqꝫ: ergo deus est hic. cesar nusquam est ergo cesar non est hic locus a toto in loco. Maxima. Cuicunque conuenit totum in loco ꝛ quelibet eius pars. vel quicquid remouetur a toto in loco ꝛ a qualibet eius parte. Locus a parte in loco est habitudo ipsius ad suum totuꝫ: ꝛ est destructiuus: vt cesar non est hic. ergo non est vbique. maxima. Cuicunque non conuenit pars in loco: nec eius totum.

¶ Postq̄ȝ determinatū est de loco a toto in mō. hic ꝯſir determinať de loco a toto i loco:rōne cui⁹ prīo diffiniť totū in loco dicēs. Totū in loco ē dictio aduerbialr̄ oēs locū cōprehēdens:vt vbiqȝ ⁊ nuſq̄ȝ. In qua diffinitiōe pōitur dictio loco generis.totū.n.i loco nō ꝯſiderať hic ſm̄ esse suū realē:sȝ inquātū est dicibile:⁊ ꝑ dictionē iportatur ideo bene poniť dictio loco generis. Deide poniť cōprehēdens oēm locū:ad dr̄iam totius i tpe:⁊ poniť aduerbialiter ad dr̄iaȝ toti⁹ in q̄ȝtitate.qð q̄nq̄ȝ iportat oēm locuȝ noialiter:vt dicēdo ois locus:vel in oi loco:non tamē aduerbialiter:sicut totū in loco:⁊ ꝑ oppositū ad totū in loco pars in loco sic diffinitur. Pars in loco ē dictio cōprehēdens vnū locū aduerbialiter:vt hic vel ibi.

Primo sciendū ꝙ totū in loco:⁊ ēt ps eius iportat esse in loco. Sȝ duplr̄ aliqd pōt esse in loco. Uno mō in aptitudine tantū:vt vlē dr̄ esse vbiqȝ ſm̄ aptitudinem:eo ꝙ habet aptitudinē essendi in suis singularibus pro quolibet loco:⁊ ēt pro qualibet tpis dr̄ia. ⁊ illa aptitudo reduciť ad actū successiue in suis singularib⁹. Alio mō dr̄ aliqd esse in loco ſȝ actū:sicut singulare qð est actualiter hic ⁊ nūc. Et adhuc ſm̄ actū aliqd dr̄ esse i quolibet loco duplr̄. vno mō ꝑ se prīo:sicut deus q̄ est vbiqȝ. Alio modo ſm̄ suas partes sicut mundus qui ē vbiqȝ ſm̄ suas partes. Et ad arguenduȝ a toto in loco ad suā partem:vel econtra oȝ eodem modo alicui attribuere partem in loco:sicut sibi conuenit ipsuȝ totuȝ:vt si totū conueniat eum aptitudine tantū. debet similiter inferri pars ſm̄ aptitudinē tm̄:⁊ ecōtra arguendo a parte ad totum.

Secundo sciendū ꝙ locus a toto in loco ē habitudo ipsius ad suā partē.⁊ tenet cōstructiue ⁊ destructiue. Cōstructiue sic. deus est vbiqȝ.ergo deus est hic. Maxima posito toto in loco i aliquo subiecto poniť quelibȝ eius pars. Cuius rō est.quia totuȝ in loco simul actualiter includit omnes partes eius. iō ipso posito in aliquo subō ponitur quelibet eius pars. nec est necesse in arguendo ponere existentiaȝ partis: q2 si aliqua pars nō habeat existentiam ipsa non erit pars toti⁹ in loco:q2 non erit actualiter in ipso contenta. Destructiue tenet sic.cesar nuſq̄ȝ est.ergo non est hic. Maxima. remoto toto in loco remoueť quelibet eius pars.cuius est eadem ratio:sicut maxime precedentis.

Tertio sciendū ꝙ locus a parte totius in loco est habitudo eius ad suū totū: ⁊ tenet destructiue ⁊ constructiue. Cōstructiue sic deus est hic ⁊ ibi ⁊ sic de aliis.ergo deus est vbiqȝ. Maxima positis partibus totius in loco sufficienter enumeratis:ponitur ipsum totū.⁊ rō est:q2 totū in loco non est nisi sue ptes simul ⁊ actualiter posite. Destructiue sic.sortes nō est h:nec ibi:⁊ sic de aliis.ergo sortes nuſq̄ȝ est. Maxima destructis ptibus toti⁹ i loco sufficiēter enumeratis:destruiť eaȝ totum.

Quarto sciēduȝ ꝙ duplr̄ ꝯtingit arguere a pte totius in loco. Uno mō a ptib⁹ sufficiēter enumeratis. Et hoc mō tenet affirmatiue ⁊ negatiue:vt dictū ē. Alio mō arguēdo ab vna pte tm̄:⁊ nō ab oib⁹ sil̄ suis ptis.⁊ hoc mō non tenet nisi negatiue:⁊ ſm̄ hūc modum diciť in textu:ꝙ iste locus semꝑ est destructiuus: vt arguēdo sic.cesar non est hic.ergo non est vbiqȝ. Maxima. Cui nō cōuenit pars in loco:nec ipsuȝ totuȝ.hoc mō tn̄ nō arguiť a pte in loco negatiue ad destructionē sui totius ſm̄ id qð est:q2 ibi nō destruiť totū in loco simplr̄:⁊ ſm̄ oēs suas partes:sed soluȝ arguiť ibi ad destructionē totius in loco q̄ȝtuȝ ad totalitatē eius.⁊ q2 destruiť totā q̄ȝtum ad totalitatē eius.⁊ nō remanet amplius totuȝ in loco.ideo nō arguiť ꝓprie hoc mō a parte in loco ad suum totum.

Contra predicta arguiť prīo sic. null⁹ locus ē dictio cōprehendēs oēȝ locū:sed totuȝ in loco est loc⁹:vel eē i loco.g̃ male dr̄ ꝙ ē dictio oēȝ locū cōprehēdēs ¶ Scdō sic. loc⁹ a toto i loco tenet i habitudiē vlis vliter sumpti ad suā partē: sed habitudo vniuersalis vniuersaliter sumpti ad suā partē est locus a toto in quātitate ergo locus a toto in loco ē idē locus cū loco a toto in quātitate:⁊ sic male distinguiť ab ipso. ¶ Tertio sic. non sequiť. mundus est vbiqȝ. ergo mundus est hic.ergo locus a toto in loco nō tenet destructiue. ¶ Quarto sic.nō sequiť.sortes nō est vbiqȝ. ergo sortes nō est hic.ergo locus a toto in loco nō tenet negatiue. ¶ Quinto sic. non sequitur. aliquod corpus est hic. aliquod corpus est ibi. ⁊ sic de aliis. ergo aliquod corpus est vbique:quia antecedens est verum: ⁊ consequens falsum: ⁊ tamen ibi arguitur a partibus in loco sufficienter enumeratis:g̃ iste locus nō tenet ꝯstructiue.

Ad argumenta ad ꝑmū dr̄ ꝙ. lȝ loc⁹ ſȝ suū esse reale non sit dictio:tamē ſm̄ esse dicibile pōt dici dictio:⁊ hoc mō itelligiť hic. ¶ Ad scdm diciť ꝙ lȝ locus a toto in loco nō distinguať essentialiter quantū ad virtutē cōfirmatiuā argumēti a loco a toto in q̄ȝtitate:q2 vbiqȝ virtus cōfirmatiua argumēti est habitudo vniuersalis vniuersaliter sumpti. Rōne cuius Aristo.non distinguit locū a toto in loco ⁊ a toto in tēpore a loco a toto in quantitate: tn̄ ab eo distinguiť accidentaliter q̄ȝtū ad modū significandi:q2 totū in q̄ȝtitate dēsignatur per modū permanētis ⁊ nominaliter ⁊ totū in loco designať aduerbialiter ⁊ sub modo fluxus ⁊ fieri q̄ȝuis ſm̄ rē locus sit eus permanēs. ¶ Ad tertiū dr̄ ꝙ mūdus nō est vbiqȝ ſm̄ se totū:sed ſm̄ suas partes. iō ibi male cōcluditur:sed deberet sic cōcludi:ergo aliqua pars mundi est hic:⁊ aliqua ibi:⁊ sic de aliis. ¶ Ad quartū dr̄. ꝙ i antecedente negať totū in loco:⁊ sic nō remāet sub esse totus in loco.iō nō arguiť a toto in loco ad suā partē. sed equaliter arguiť a negatiōe vnius partis in loco ad negationē alteri⁹ ptis determiate:vt hic sortes i aliq̄ loco nō ē. g̃ sortes nō ē hic. ¶ Ad quītū dr̄. ꝙ ptes añcedētis verificať dē corpore ꝑ diuersis suppositis ei⁹:⁊ sic i añcedente corpus hȝ plures suppositiōes determiatas:⁊ in ꝯsequēte hȝ vnā tm̄:⁊ sic ibi arguiť plurib⁹ suppositiōib⁹ determinatis ad vnā determiatā tm̄:⁊ cōmittiť fallacia figure dictiōis. vñ subiectū antecedētis nō teneť eodē mō in cōsequente sicut teneť i añcedēte.iō nō bñ arguiť a pte i loco ad suū totuȝ.

¶ Totum in tempore est dictio comprehendens omne tempus aduerbialiter:vt semper nunquaȝ. Pars in tempore est dictio significans aliquod tempus aduerbialiter:vt nunc tunc hodie heri. Exempla huius sumuntur sicut in toto in loco.

¶ Postq̄ȝ auctor determiauit de loco a toto i loco. Hic ꝯſter determinat de loco a toto in tpe. Rōne cuius diffinit totum in tempore dicens ꝙ totum in tempore est dictio comprehendens omne tempus aduerbialiter. siue sit affirmatiue vt semper:siue negatiue vt nunq̄ȝ. Et econtra pars in tempore est dictio comprehendens partes tēporis aduerbialiter:vt hodie nunc: ⁊ sic de aliis. Et iste due diffinitiones debent intelligi ⁊ exemplificari sicut diffinitiones totius ⁊ partis in loco.

Primo sciendū ꝙ locus a toto i tempore ē habitudo ipsius ad suā partē. Et tenet affirmatiue ⁊ negatiue. Affirmatiue sic:deus est semper:ergo deus est nunc. Maxima: Posito toto in tempore in aliquo subiecto necessario ponitur quelibet eius pars. Cuius rō est. quia totū in tempore similiter ⁊ actualiter icludit oēs ptes suas. q2 importat tp̄s distributū pro oib⁹ suis ptib⁹ iō ipo toto i tpe posito necessario poniť quelibȝ ei⁹ pars. Negatiue tenet sic. chimera nunq̄ȝ est. g̃ nō ē hodie. Maxima. Remoto toto in tpe ab aliquo subiecto remouetur q̄libȝ ei⁹ ps. Et arguēdo ꝑ istū locū magis ꝓprie arguiť ponēdo totū in tpe ex pte ꝑdicati q̄ȝ ex pte sbti: eo ꝙ adverbiū semꝑ hȝ determinare verbū: ⁊ verbū in rōne semꝑ se tenet ex pte ꝑdicati:nisi ponať cū iplicatiōe a pte subiecti:⁊ supponať q2 sic in subō posset poni cum ipso aduer

bium in subiecto. ⁊ per consequens posset argui a toto in tempore se tenente ex parte subiecti.

Secundo sciendũ ꝙ locus a parte in tempore est habitudo eius ad suũ totũ. Et tenet cõstructiue ⁊ destructiue arguẽdo ab ipsis sufficienter enumeratis. Cõstructiue sic. sortes fuit heri ⁊ pridie: ⁊ sic de aliis. ergo sortes semper fuit. Maria. Positis partibus in tpe sufficienter enumeratis ponit ipm totum. qꝛ totum nihil addit vltra oẽs suas ptes. Destructiue sic. antixps nõ fuit heri: nec pridie. ⁊ sic de aliis. ergo nunq̃ fuit. Maria Remotis partibus in tpe sufficienter enumeratis remouetur ipsuz totũ. Et si arguat per istũ locũ ab vna parte tñ: ⁊ nõ ab oibus: tunc solũ tenet destructiue ⁊ nõ constructiue: ⁊ adhuc arguitur a parte ad destructionem totius q̃tũ ad totalitatẽ ei⁹: ⁊ nõ arguitur ad ipsuz remanẽs totũ in tpe: vt hic sortes nõ est nũc. ergo sortes nõ est semp.

Tertio sciendũ ꝙ preter ista tota superius posita reperiuntur alia quinq̃ tota que ad predicta reducuntur .s. totũ copulatiuũ: disiunctiuũ: potestatiuum: successiuũ ⁊ collectiuũ seu aggregatiuũ. Totũ copulatiuum est in quo plura copulant per coniunctionẽ copulatiuã vt sortes currit: ⁊ plato disputat. Et pars eius ẽ aliqđ illorũ que inter se copulantur. Totũ disiunctiuũ in quo plura coniunguntur per coniunctionẽ disiunctiuã: vt sortes currit. vel plato disputat. Totuz potestatiuum est qđ cõponit ex pluribus virtutibus vel potentiis vel qđ plura cõtinet sm virtutẽ: vt aia rõnalis est totum potestatiuum respectu vegetatiui sensitiui ⁊ intellectiui: licz aia in cõi sit totũ vle respectu aie vegetatiue sensitiue ⁊ intellectiue. Et similiter quaternari⁹ ẽ totũ potestatiuum respectu binarii ⁊ ternarii. qꝛ superior numerus cõtinet in virtute oẽs inferiores numeros. Totuz successiuũ est qđ cõponit ex partib⁹ successiuis q̃ nõ psit simul eẽ: vt tẽpus ⁊ mot⁹. Sed totũ collectiuũ siue aggregatiuz est quod sub voce singulari plura adinuicẽ distincta importat. sicut popul⁹ grex societas: sed pars eius ẽ aliquod illoꝝ ex quib⁹ cõponitur: vt hõ respectu populi: vel aries respectu gregis.

Quarto sciendũ ꝙ totũ copulatiuuz: totũ potestatiuũ: ⁊ totũ collectiuũ reducũtur ad totũ integrale: eo ꝙ ab istis totis ad suas partes eodem modo tenet locus dialecticus sicut a toto integrali. s. constructiue tantũ: ⁊ non destructiue. ⁊ econtra loc⁹ a parte: vt arguendo a toto copulatiuo. sortes currit ⁊ disputat. ergo sortes currit: ⁊ a toto potestatiuo. vt quaternarius vle. ergo binarius est. vel aia rationalis est. ergo sensitiuuz est. Maxia. Posito toto potestatiuo ponitur quelibet eius pars. Et a toto collectiuo vt populus est ergo homo est. Et ecõtra potest argui destructiue a suis partibus. Sed totum disiunctiuum ⁊ successiuuz reducunt ad totũ vle. qꝛ ab ipsis eodẽ mõ tenet locus sicut a toto vli. s. negatiue tñ. vt arguẽdo sic: a toto disiunctiuo. nõ sortes currit vel disputat. ergo sortes nõ currit. Et a toto successiuo. vt nõ ẽ dies. ergo nõ est meridies. ⁊ econtra locus a partibus eoꝝ tenet constructiue tantum. vt faciliter videbitur in exemplis.

Sed contra pdicta arguit pmo sic. i oi tpe: ⁊ sp idẽ sũt sicut i oi loco. ⁊ vbiq̃. sz in oi tpe ẽ totũ in q̃titate. ⁊ nõ in tpe. ergo ⁊ semp. ⁊ sic male diffinit totũ in tpe. qđ est dictio cõprehẽdẽs oẽ tps adverbialiter. ¶ Scdo sic. hic ẽ loc⁹ a toto i tpe. de⁹ ẽ semper. ergo est in isto tpe: ⁊ tñ nõ seqtur ps in tpe. cũ in isto tpe nõ sit aduerbiũ significãs partẽ tpis. ergo ꝯ diffinitionẽ loci a pte i tpe. ¶ Tertio sic. nõ seqtur vle ẽ semp. ergo ẽ nũc cũ añs sit veꝝ ⁊ ꝯñs falsuz. añs pz. qꝛ vle est vbiq̃ ⁊ semp. ⁊ nõ est hic ⁊ nũc. sz soluz singulare. ergo loc⁹ a toto in tpe nõ valet ꝯstructiue. ¶ Quarto sic. partes toti⁹ in tpe nõ possunt eẽ simul. ergo nõ poterũt sil' accipi. ergo locus a parte in tẽpore nõ tenet ꝯstructiue ab oibus partib⁹ simul sumptis. ¶ Quinto sic. nõ seqtur. adam non est nunc: ergo adaz nũq̃ fuit. ⁊ tamẽ arguitur negatiue ab vna pte totius in tẽpore ad ipsũ totum. ergo locus a parte in tempore non tenet destructiue ab vna parte ad suum totum.

Ad argumenta Ad pmũ istoꝝ dr: ꝙ lz semper ⁊ in omni tpe sint idez sm rem significatã ⁊ materialiter: differũt tñ sm suos modos significãdi ⁊ materialiter. qꝛ semp iportat tps distributũ sub mõ fluxus: ⁊ fieri ⁊ in omni tpe iportat idẽ tẽpus distributũ p oib⁹ partib⁹ ei⁹ sub mõ permanentis siue habitus ⁊ quietis ⁊ p hoc distinguunt totũ in q̃titate: ⁊ totũ in tpe lz nõ essentialiter. ¶ Ad scdm dr: ꝙ lz in illo argumento non ponat formalr pars in tpe aduerbialiter. ponitur tñ equaliter ⁊ sm rẽ significatã: qꝛ in isto tpe includit virtualiter ipsũ nunc. ¶ Ad tertium dicitur. ꝙ lz vniuersale sit semper in aptitudine. non tamen est semper in actu: ⁊ eo mõ quo ponitur semp eẽ bene sequit ꝙ est nunc .s. sm aptitudinẽ: sed illa aptitudo reducit ad actũ in suis singularib⁹ ⁊ successiue. ¶ Ad quartũ dr. ꝙ lz ptes tpis non possint esse simul sm eẽ reale: sicut pteritũ nõ põt esse cum futuro: tñ psit esse simul in apprehensione aie q̃ retinet partẽ pteritã ⁊ futurã cũ pñti: ⁊ sic simul possunt accipi omnes partes tpis. ¶ Ad q̃tũ dr. ꝙ ibi nõ bene arguitur. qꝛ arguẽdo ab vna pte tñ destructiue oz arguere ad destructionem totius quantũ ad rationẽ toti⁹: ita ꝙ in cõsequente sibi pponatur negatio destruens totalitatẽ eius: quod non fit in illo argumento: deberet enim sic inferri: adam non est nunc. ergo non est semper.

¶ **Causa est ad cuius esse sequitur aliud sm naturã. Et diuiditur in causam efficientem: materialem: formalem: ⁊ finalem.**

¶ Postq̃ auctor superius determinauit de locis a toto ⁊ a parte. Hic cõsequẽter determinat de locis a cã ⁊ ab effectu. Et qꝛ loc⁹ a cã in cõi est habitudo cause ad effectum ⁊ locus ab effectu est habitudo effect⁹ ad cãm: iõ prius q̃z auctor determinet de locis a cã in spãli determinat de cã i generali diffinitiue ⁊ diuisiue ipsaz prio sic diffiniens. Cã est ad cui⁹ eẽ sequitur aliud sm naturã. In qua diffinitione intelligitur ens pro genere. Ens enĩ diuiditur per causam ⁊ effectuz: ⁊ est superius ad vtrunq̃ sm moduz. Deinde ponitur. ad cuius esse sequitur aliud. ad differentiaz effectus qui sequitur ad esse alterius: ⁊ ad cuius esse nõ sequitur aliud sub rõne effectus. Et ponitur sm naturã ad explicandum moduz quo effectus sequitur suã cãm. Et econtra potest diffiniri effectus ꝙ ens: cuius esse sequitur ad aliud per naturam vel est partita silitudo sue cause.

Primo sciẽdũ ꝙ seqtur capit dupli. Uno mõ vt dicit ordinẽ tñ: vt cũ dr vn⁹ dies sequitur aliũ. Alio mõ vt dicit ordinẽ ⁊ depẽdẽtiã vni⁹ ab alio: ⁊ hoc mõ itez dupli. Uno mõ vt solũ dicit ordinẽ ⁊ depẽdẽtiaz siue ꝯsequẽtie siue illatiõis vni⁹ ab alio: sicut ꝯñs sequit illatiue ad añs: ⁊ depẽdet ex ipso sm illationez. Alio mõ vt dicit depẽdẽtiã i eẽ vni⁹ rei ab alia. sicut qlibz effectus sz suũ eẽ depẽdet a sua cã. Et hoc mõ capit i ista diffinitiõe vt dicit ordinẽ depẽdẽtie vni⁹ rei ab alia sm suuz eẽ. ⁊ nõ solũ vt dicit ordinẽ prioris ⁊ posterioris. neq̃ vt soluz dicit depẽdẽtiã cõsequẽtie. qꝛ i argumẽtatiõe añcedẽs nõ sp ẽ cã consequentis. lz semper sit causa illationis eius.

Secundo sciẽdũ ꝙ ad rõnẽ cãe reqrit ꝙ cã sp pcedat suũ effectũ sz tps. lz q̃nq̃ pcedit ipm sz tps. vt domificator pcedit domũ sm tps. q̃nq̃ vero pcedit ipm sm nãm tñ. ⁊ sil' ẽ tpe cũ ipo. sicut hõ ẽ cã risibilis. ⁊ tñ pcedit ipm sm nãm tñ ⁊ sil' ẽ tpe cũ eo. iõ ad explicãdũ quõ effect⁹ dz seq cãz. ⁊ cã pcedere effectuz in diffinitiõe. cause ponit sm nãm. Et ad dñiam illorum quorũ esse vnius seqtur ad esse alerius sm ordinem ⁊ tamen nõ depẽdet ex alio sm naturã. vt esse vnius diei non dependet naturaliter ad esse alterius.

Tertio sciẽdũ ꝙ cã diuidit p cãz efficiẽtẽ mãlem formalẽ ⁊ finalẽ. Cui⁹ diuisiõis hic hr suf

ficiētia. qr oēs cās seqē effectus. vel q talis cā est intrīseca effectui: vel extrinseca. Si intrinseca hoc est dupli. qr vel ipsa est actus dans eē. ⁊ sic ē cā formalis: vel potētia recipiens esse. ⁊ sic est cā materialis. Si ē extrinseca hoc ē dupliciter qr vel ipsa est id a quo res fit: ⁊ sic ē efficiēs cā: vel illud ꝓpter qd res fit ⁊ sic est cā finalis. Et sumit ista diuisio non fm diuersitatē rez: sed fm diuersos modos formales: qr idez realiter fm diuersos modos causandi: ⁊ respectu diuersorū qñqz habet rationē pluriū cāz ⁊ non est diuiso generis in suas species: sed diuisio analogi: qr causa fm prius ⁊ posterius dr de istis quattuor causis.

Quarto sciēdū qꝫ cause possunt quattuor modis cōsiderari. Uno modo fm rōnez causandi: ⁊ sic finis est prior. scdo efficiens. tertio materia ⁊ quarto forma. qr in causando rem finis mouet intellectū agentis ad producendū effectū. ⁊ efficiens motus a fine mouet materiā: qua disputata vltio itroducit forma. Scdo modo cōsiderant cause ꝓut concurrunt ad cōpositionē effectus. ⁊ sic materia prior ē: scdo forma: tertio efficiēs. ⁊ vltio finis. Tertio mō ɔsiderant vt dāt eē actuale effectui: ⁊ sic forma ē prior. deide efficiens. tertio finis. quarto materia. Quarto mō ɔsiderant fz qꝫ hñt eē existē p qd a nobis notificant. ⁊ sic cā efficiēs ē prior: scdo materia. deide forma ⁊ vltio finis ⁊ qr h ɔsiderāt fz qd nobis notificant: ⁊ ab ipsis sumunt loci dialectici. io isto mō ordinant in textu. ⁊ prius determinat de cā efficiente: qz de alijs.

Sed contra ꝑdicta arguit p'o sic. aliud dicit diuersitatē essēnalē cū sit signū diuersitatis sube: sz effect' nō sp differt essēnali a sua cā: qr ɔuēit essētiali cū sua cā formali. g male dr qꝫ ad eē cāe seqt aliud. i. effect'. Scdo sic. cā totali posita pōit sil' suus effect': g cā nō ꝑcedit effectū. ⁊ sic ad eē cāe nō seqt aliud. Tertio sic. cā ⁊ effect' sūt sil' natura cū sint relatiua g effect' nō seqt suā cāz fz naturā. Quarto sic. forma ⁊ finis coicidūt. vt dr scdo physicoz g forma nō ē cā distīcta a fine: nec mēbra hui' diuisiōis sūt opposita. Quinto sic. oia cā ꝑcedit suū effectū. sz finis nō ꝑcedit suū effectū. sz seqt g finis nō ē cā. ⁊ sic male ponūt quattuor cāe.

Ad argumenta ad primū dr. qꝫ lz aliud ꝓprie sūptū vt ē relatiuū diuersitatis sbe dicat diuersitatē essēnalē. ñ tñ alrō cōter acceptū. vt dicit quācunqz diuersitatē siue essentialē siue accidētalē. vt sumit i diffinitiōe cāe. Ad scdz dr. qꝫ lz posita cā totali ponat ei' effect' sil' tpe. nō tñ ponit sil' fz naturā. qr naturalr cā prius hz eē ⁊ itelligi qz effect': ⁊ h sufficit ad rōnē cāe: qd ꝑcedat effectū fz naturā. Ad tertium dr. qꝫ lz cā ⁊ effect' fz itētiōes cāe ⁊ effect' dicāt correlatiue: tñ materialiter ⁊ fz id qd sūt nō dicunt correlatiue: io fm id qd sūt nō sunt simul fm naturā. Ad quartū dr. qꝫ lz forma ⁊ finis qñqz coincidāt materialiter: ⁊ fz rē in idē. nō tñ coincidant in idē formaliter qztū ad suos modos formales causandi: ⁊ hoc modo ponunt cause ad inuicem distincte. Ad quintū dicitur. qꝫ licet finis fm suū esse reale sequatur suuz effectū. tñ fm intentionale in intentione agentis sub quo sibi conuenit ratio cause finalis precedit suum effectuz. ideo eo modo quo est causa naturaliter precedit suum effectum.

Causa efficiens ē a qua p'io fit motus ad hoc qꝫ fiat aliquid: vt domificator ē primuz mouens ⁊ operans vt fiat domus: ⁊ faber vt fiat cultellus. locus a cā efficiente est habitudo ipsius cause efficientis ad suum effectum. Et est constructiuus. cōstructiue tenet sic. domificator est bonus. ergo domus est bona. locus a causa efficiente. maxima. Si causa efficiens est bona ipsum quod fit bonuz est. Destructiue sic. domificator non est bonus: ergo domus non est bona. locus a causa efficiente Maxima. cuius causa efficiens non est bona: ipsum quod fit non est bonum: ⁊ econuerso tenet locus ab effectu ad causam efficientem.

Postqz auctor determinauit de cā in cōi tas diffinitiue qz diuisiue. Hic ɔñt in spāli vult determinare de locis a cā. Et p'mo de loco a cā efficiente. eo qꝫ cā efficiens ceteris ē nobis notior. Rōne cui' ipsaz p'mo sic diffinit. Causa efficiens est a qua primo fit mot'. In qua diffinitione p'mo subintelligit cā loco gñis diffiniti. ⁊ ponit a q p'mo fit mot' ad drīaz altaz causaz: quaz nulla p'mo causat motū siue cōductionē effect': sz efficiēs tñ sicut pz in ꝓductione effect'. Finis. n. rōne sue bonitatis p desideriū monet ⁊ attrahit appetitū agentis ad ꝓducēdū effectū: ⁊ efficiens sic motū ⁊ tractū a fine disponit materiā ad itroductionem forme: ⁊ sic p'mo causat motū quo ꝓducit effectus.

Primo sciēdū qꝫ loc' a cā efficiēte ē habitudo ipsius ad suū effectū. ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue. Affirmatiue sic. domificator ē bon': g dom' ē bona. Maxima. Cui' cā efficiēs ē bona ipsū quoqz bonū ē: que maxima dz itelligi de bonitate efficiētis in quantū efficiēs ⁊ nō de bonitate moris: vel de bonitate ei' fm se. sili' dz itelligi de bonitate forme effect'. ita qꝫ si efficiens sit bonuz in rōne cāe efficiētis: ⁊ vt ꝓducit effectū sequitur qꝫ effect' erit bon' bonitate forme ei'. nō aūt loquēdo de bonitate finis ⁊ toti' cōpositi: qr si domificator sit bonus artifex et operet ꝑfecte fm artē ei': ⁊ careat bona materia: tunc domus non erit bona bonitate finis: sz tñmodo bonitate forme que ꝓuenit ab efficiēte. Negatiue tenet sic: domificator nō est bonus ergo domus non est bona. Maxima. Cuius efficiēs malā est ipsū quoqz malū est.

Secundo sciēdū qꝫ lz cā efficiēs ē duplex. s. cā efficiēs i actu: ⁊ cā efficiēs i potētia: vt respectu dom' domificator ē cā efficiēs in potētia: ⁊ domificās est cā i actu respectu fieri domus. Et qlibet iterū diuidit: qr qdā ē cā vniuoca q ꝓducit effectū sibi silēz i spē vt hō generās hoiem ē efficiēs vniuocū. Aliud ē efficiens equocū qd producit effectū sibi dissimilez in spē: vt sol generans hoiez ē agēs equocū. vñ arguēdo a cā efficiēte in potētia ad suū effectū dz argui ab eē cāe ad eē in potētia respectu effect' ⁊ nō ad eē in actu: vt domificator ē. g domus ē in potētia: ⁊ arguēdo a cā efficiēte in actu dz argui ab esse ei' ad fieri ipsius effect'. Et arguēdo a cā vniuoca tenet iste locus respectu oiuz ꝑdicatoz q cōueniūt ipsi cāe a tota spē. vt plato ē risibilis. g sortes ab eo genit' est risibilis. Sed arguendo a cā equiuoca solū tenet respectu horum ꝑdicatoz bonū ⁊ malum eē ⁊ fieri.

Tertio sciēdum qꝫ locus ab effectu cause efficiētis ē habitudo ei' ad suam cām. Et tenet affirmatiue sic. dom' est i fieri g domificās ē. Maxima. Posito effectu propinquo cause efficiētis ponit ipsum efficiens. Pōt etiā argui respectu hoz predicatoz bonū ⁊ malum esse ⁊ fieri. Et tenet negatiue sic: dom' nō ē bona: ergo domificator nō ē bonus. Maxima. Cui' effectus non est bonus ipsuz quoqz nō est bonum ⁊ dz itelligi qꝫ si effect' nō sit bonus qztū ad ꝑfectionem forme ei': efficiēs nō est bonuz iquātū efficiēs vel producens talem effectū: sicut ꝓus dictum est in loco a causa efficiente.

Quarto sciēdū qꝫ efficiēs dupli se hz ad suū effectuz. Qñqz eni efficiēs reqrit tātuz quātuz ad fieri ipsi' effect': ⁊ nō qztuz ad eē: vt domificator respectu dom' soluz reqrit ad fieri: ⁊ nō qztuz ad eē. Sed qñqz requirit ⁊ quātuz ad fieri: ⁊ quātū ad eē: ⁊ ad ɔseruationez in eē: vt dies sol ē cā quo ad fieri ⁊ quo ad eē: ⁊ deus respectu oiuz creaturaz. Et arguēdo ab effectu cāe efficiētis que reqrit quo ad fieri tñ: ⁊ nō quo ad esse effectus nō sequitur esse cāe in ꝑsenti: sed in ꝑterito tñ: sed ad fieri effectus seqtur esse illius cause. Sed arguēdo ad efficiens requisitū ad eē ⁊ fieri simul sp seqtur affirmatiue eē cāe ad

esse effectus. vt bene sequitur. dies est. ergo sol ē. Et quando ē habitudo necessaria cāe ad effectū. et sequitur negatiue a negatiōe effectus negatio cause. Sz q̄n habitudo est cōtingēs nō tenet negatiue. vt nō sequitur. fortes nō ē. ḡ deus nō ē. Sz isti diuersi modi arguēdi nō sumunt ab efficiēte inq̄ꝫ efficiēs ē. sꝫ ab efficiēte inq̄ꝫtū tale vel tale efficiēs est.

Contra predicta

arguit primo sic. cā efficiens ē de ꝯsideratiōe phisici cū sit cā mot⁹. ḡ nō est de cōsideratione logici: ꝛ sic hic male diffinitur. ❡ Secūdo sic. efficiens nō mouet nisi prius moueat a fine. ḡ finis ē a quo primo fit mot⁹ ꝛ nō cā efficiēs. ❡ Tertio sic. cā efficiens ē extrinseca suo effectui. ergo in loco a causa efficiente terminus inferens est extrinsecus termino illato: ꝛ sic erit loc⁹ extrinsecus: ꝛ p̄ ꝯñs male diffinitur inter locos intrinsecos. ❡ Quarto sic: non sequitur. deus est bonus. ergo latro est bonus. ḡ locus a cā efficiente non tenet affirmatiue. ❡ Quinto sic. non sequitur. dom⁹ est. ḡ domificator est cū añs sit verū: ꝛ ꝯñs falsū ḡ locus ab effectu cause efficientis nō tenet cōstructiue.

Ad argumenta.

Ad primū istoꝝ dr̄. q̄ lꝫ cā efficiēs inq̄ntū est cā motus: ꝛ reꝝ naturaliū ꝛ principiū cognoscēdi ipsas sit de ꝯsideratiōe physici: tñ inq̄ꝫtū ab ipsa sumit loc⁹ dialecticus per habitudinē ad suū effectū ipsa est de cōsideratiōe logici. ❡ Ad scḋꝫ dr̄ q̄ lꝫ a fine fiat mot⁹ itētiōalis ꝛ spūalis in efficiēte. tñ ab ipso nō fit prim⁹ mot⁹ realis: de q̄ hic solū intelligitur finis. n. nō mouet intētionē agētis motu ppi dicto: sꝫ tm̄ p̄ similitudinē: sicut pomūz apprehensum intentionaliter mouet appetitū pueri ad persecutionē eius. ❡ Ad tertiū dr̄. q̄ lꝫ cā efficiens sm̄ esse sit extrisece effectui: tñ sm̄ virtutē ꝛ similitudinē eius est aliquo mō sibi intrisecā. ꝛ h̄ modo sufficit ad causandū locuꝫ intrinsecum: quia hic sumitur argumentum a causa efficiente ex parte qua conuenit cum effectu. ❡ Ad quartum dicitur q̄ ibi non arguitur a causa efficiente ad suum effectum eo q̄ latro nominat vitium: cuius vitii deus non est causa. lꝫ enīꝫ deus sit causa efficiens hominis. tamen non ē causa vitiorum eius. ꝛ bene sequitur. deus est bonus. ergo homo latro quantum ad humanitatem eius est bonus scilicet bonitate entis. lꝫ non bonitate morum. ❡ Ad quintum dicitur q̄ ibi non sequitur. quia arguitur ab esse effectus ad esse cause que requiritur quantum ad fieri tantum ꝛ non quo ad esse ꝛ respectu talis cause non tenet iste locus ab effectu arguendo respectu illius predicatū est.

❡ Materia. n. est ex qua cū alio aliquid fit. Et ē duplex: q̄dā. n. ē pmanēs: ꝛ q̄dā est trāsiēs. Permanens: vt in cultello ferrū. Trāsiens vt in pane farina ꝛ aqua. Et diffinit etiā sic mā: mā est q̄ tm̄ est in potentia. Locus a cā materiali est habitudo ipsius ad suū effectū: ꝛ est cōstructiuus ꝛ destructiuus. Cōstructiue sic. ferrū est: ergo arma ferrea possunt esse. maxima. Posita cā materiali possibile ē eius effectum poni. Destructiue sic. ferrum nō est: ergo arma ferrea nō possūt esse. Loc⁹ a cā materiali: maxia. Remota cā materiali pmanēte remouet ꝛ eius effect⁹. Locus ab effectu cause materialis pmanentis: maxima. Posito effectu cause materialis pmanentis ponitur eius causa. Locus ab effectu cāe materialis trāseuntis tenet constructiue: vt vitrum vel panis est: ergo silix vel farina fuit. materia. n. transiens non manet: sed trāsfert in aliā materiā. locus ab effectu cāe materialis trāseuntis. maxima. Posito effectu materie transeūtis necesse est ipsam materiā p̄fuisse. ❡ Postq̄ꝫ auctor determinauit de loco a cā efficiēte. Hic ꝯñr determinat de loco a cā mali. Rōne cui⁹ sic primo diffinit materiā. Materia ē ex qua cū aliquo fit aliqd. q̄ diffinitio sic dꝫ intelligi. materia ē cā ex qua cū alio. i. cū forma fit aliqd. s. totū cōpositū. Et ponit ibi cā loco gn̄s. totū residuū ad dr̄iaꝫ aliaꝝ cāꝝ. vnde ex fine ꝛ efficiēte nō fit totū cōpositū. cū ille cāe sint extrisece. ꝛ ēt ex forma nō fit totuꝫ ꝯpositū tanq̄ꝫ ex materia ex qua sicut intelligit in materia in ista diffinitiōe. ipsa enim materia ē prima potētia. ex qua primo originatur totuꝫ cōpositum. Et aliter sic diffinitur. Materia est q̄ tm̄ est ens in potentia. quia materia de sua natura non habet esse in actu. sed in potentia tantum.

Primo

sciendum q̄ materia dupl'r accipit. Uno mō specialr̄ put est primū sbm forme sbālis. ꝛ est ps cōpositi de genere sbe. Alio mō capitur coiter p̄ oi illo ex quo p̄ modū potētie cōponitur aliqd. sive p̄ oi illo qḋ ꝯcurrit ad cōpositionez alteri⁹ tanq̄ꝫ potētia receptiua esse: ꝛ sic reperitur tā in reb⁹ naturalib⁹ q̄ꝫ artificialib⁹: ꝛ tā in reb⁹ corporalib⁹ q̄ꝫ spiritualib⁹. ꝛ hoc mō capitur hic. Et sic diuiditur. q̄r quedā ē materia pmanens ꝛ transiens. Permanens est illa que sub p̄pa forma ꝛ specie pmanet in suo effectu: vt ferrū in cultello. Trāsiens est illa q̄ sub p̄pria specie ꝛ rōne nō permanet in suo effectu sed de vna specie trāsit in aliā in cōstituendo effectū. vt in pane farina est: silix in vitro: ꝛ lutū in lateribus.

Secundo

sciendū ē q̄ loc⁹ a cā materiali ē habitudo ipsi⁹ ad suū effectū. Et semper tenet affirmatiue in qualibet materia transeunte ꝛ pmanente: vt aqua ꝛ farina sūt ḡ panis pōt esse. Maxia. Posita causa materiali ponitur eius effectus sm̄ potentiam: eo q̄ materia dicit esse potētiale ipsius effectus cum sit in potētia ad suū effectū. Sꝫ iste loc⁹ tꝫ destructiue in materia permanente: vt ferrū non est. ḡ arma ferrea non sunt. Maxia. Remota materia permanēte remouetur eius effectus. sed in materia trāseunte non tenet negatiue. vt nō sequitur. silix nō est. ergo vitrū non est: eo q̄ talis effect⁹ potest non existēte illa mā q̄ nō ē pmanens in suo effectu. Sꝫ tñ destruat trāsiēs p̄ toto tpe p̄siti in p̄terito sequet destructio effect⁹: vt dicēdo silix nō est ḡ vitrum non est.

sciēdū ꝙ terti⁹ modus hui⁹ fallacie sumitur qn̄ oratio per se sūpta tn̄ vnum significat. ⁊ cōposita cū alio plura significat: vt ista oratio: asini sūt: tn̄ vnū significat: ⁊ qn̄ sibi additur epi dicendo. asini sūt episcopi. plura significat: q2 episcopi potest eē nominatiui casus pluralis numeri. ⁊ construi in habitudine cause formalis: vel pōt esse genitiui casus singularis numeri ⁊ cōstrui in habitudine cause finalis vel possessoris: ⁊ similiter de ista: quod aliqs videt hoc videt. sm̄ quā paralogizat̄ sic. qd̄ aliquis videt hoc videt. colūnaꝫ aliquis videt. ergo colūna videt. Soluit̄ sic. Maior est duplex: eo ꝙ hoc ꝓnomē hoc pōt supponere huic verbo videt. ⁊ tūc ē sensus. qd̄ aliqs videt hoc qd̄ videt̄ videt: ⁊ tūc bene subsumit̄ minor: ⁊ sequit̄ cōclusio: ⁊ sicut ipsa ē falsa. ita ⁊ maior ⁊ non cōmittit̄ fallacia: vel pōt apponi siue poni post illud verbū videt: ⁊ tūc maior ē vera ⁊ est sensus qd̄ aliqs videt ipse videt hoc. ⁊ sic non sequit̄ conclusio: sed cōmittit̄ amphibologia. ⁊ similiter diceret̄ de isto paralogismo qd̄ aliqs scit hoc scit: seculū aliqs scit. ergo seculum scit. Soluit̄ codē mō sicut ꝓcedens. Unde istoꝝ modoꝝ sic ꝓt dari sufficientia: sicut de modis equiuocationis: q2 eodez modo ponunt̄. vnde istaꝝ fallaciaꝝ ponuntur tres modi cōmunes. Primus est qn̄ dictio vel oratio principaliter plura significat. Secūdus modus est quando dictio vel oratio ꝓncipalr̄ vna significat ⁊ aliud transūptiue. Tertius modus est cū dictio simplex vel oratio tn̄ vnū significat. iuncta vero cū alio plura significat.

Contra predicta

argui̇t̄ ꝓmo sic. hec oratio canis currit actualiter plura significat. ⁊ tamē ibi non est amphibologia: sed equiuocatio. ergo cōtra diffinitionē amphibologie. ¶ Secundo sic. amphibologia est dubia sententia. sed in quolibet paralogismo cuiuslibet fallacie est dubia sententia ergo sm̄ amphibologiā nō sumit̄ vna fallacia spālis ab alijs distincta. ¶ Tertio sic. oratio hn̄s vnicum sensum bene hꝫ actualez vnitatez orationis: ⁊ tn̄ illa actualis vnitas non pōt causare fallaciam amphibologie. ergo actualis

unitas orationis non est causa apparētie huius fallacie. ¶ Quarto sic. vna ofo tm̄ significat ꝯpōnē suoꝝ extrēoꝝ sꝫ ꝯpositio extrēoꝝ ꝯpōnis ē tm̄ vna. qꝛ duoꝝ est tm̄ vna ꝯpositō. ergo nulla ofo ꝑncipaliter plura significat. ergo ꝯ primū modum hui⁹ fallacie. ¶ Quinto. sic diuersoruꝫ generum diuerse sunt spēs. sꝫ equiuocatio ⁊ āphibologia sunt diuersa gñā. ergo hñt diuersas spēs sub se. ⁊ nō hñt aliquos modos cōes sicut dictum est.

Ad argumēta.

Ad pmuꝫ istoꝝ dr̄ ꝙ illa ofo canis currit pl'a significat ex ꝑti rōne vni⁹ termini equoci. sed nō significat plura pmo ⁊ ꝑ se rōe multiplicitatis ofonis. qḋ tm̄ requiritur ad amphibologiā. ¶ Ad scḋm dicit. ꝙ nō q̄libet dubia snīa dicit amphibologia. sed solū dubia snīa que ꝓuenit pmo ex multiplicitate ofois. iō lꝫ in paralogismis aliarū fallaciarū sit dubia snīa, nō tm̄ est amphibologia. qꝛ illa ite ꝓtatio nō est ꝯuertibilis. ¶ Ad tertiū dr̄. ꝙ nō q̄libet actualis vnitas ofonis ponit causa apparētie hui⁹ fallacie. sed solū actualis vnitas ofonis plura significātis. ad fallaciā enī semꝑ oꝫ ꝙ habeat causaꝫ apparētie ꝯiūctā cū sua causa defectus. que latet sub tali apparētia. ¶ Ad quartum dicit ꝙ lꝫ duoꝝ extremoꝝ sit tm̄ vna ꝯpositio ꝑm numerū materialem. possunt tm̄ eē plures in spē ꝑm ꝙ duo extrēa sub diuersis habitudinibus pñt inter se cōponi. ideo vna ofo pt principaliter habere plures sensus. ¶ Ad quītum dicitur. ꝙ equiuocationis ⁊ amphibologie non sunt simpliciter eedē spēs. sꝫ sunt aliquo modo adinuicem siles. eo ꝙ eodem modo distinguūtur. vnde isti modi cōmunes aliter sunt in equiuocatione ⁊ in āphibologia. qꝛ vt sunt in dictiōe sunt modi equiuocationis. ⁊ vt sunt in oratione sunt modi amphibologie.

¶ Sequitur de fallacijs facientibus multiplex potennale. scilicet de compositione: diuisione: ⁊ accētu. Et prius de compositione quā de alijs: qꝛ paralogismi sunt efficaciores ꝑm compositioneꝫ ad finem sophysticum que est apparens sapiētia ⁊ nō existens: ideo prius dicendum est de compositiōe quam de alijs. Compositio est eorum que debent diuidi falsa vnio. Diuisio enim est eorum que debent componi falsa diuisio. Fallacia compositionis est idoneitas decipiēdi prouenıens ex idētitate orationis vnius ⁊ eiusdem ꝑm materiam: ⁊ secundum situm magis debitum partibus in oratione positis. Causa apparentie huius fallacie est oratio diuisa habens identitatem in materia cuꝫ oratiōne composita. Causa falsitatis siue defect⁹ est diuersitas sensus compositi aut diuisi. Notandum: ꝙ quando oratio est vera i sensu diuiso: ⁊ falsa in sensu composito: tunc ē fallacia compositionis. Dicitur tamen oratio composita quando determinatio determinat determinabile illud quod magis aptum natum est determinari. Similiter dicitur oratio composita quando dictiones ordinantur ꝑm situm magis debitum. Et dicitur oratio diuisa quādo, determinans determinat illud determinabile: qḋ non est magis aptum natū determinari. vel quando dictiones ordinantur ꝑm situm minus debitum. Unde sumitur hec oratio gratia exempli. Quicquid viuit semper est. in ista oratione sunt duo determinata. s. hoc verbum viuit: ⁊ hoc verbum est: ⁊ est vna determinatio. s. semper si ergo hec determiatio. s. sp. determiat hoc v̄bū est qḋ ponitur a pte ꝑdicati sic dicitur oratio composita: quia tunc determinatio determinat determinabile. quod magis aptum natum ē determinari quia illud verbum est: ponitur in situ determinato. s. in predicato. Si aūt determinat hoc verbum viuit. sic dicitur diuisa: qꝛ determinat illud determinabile: quod est minus aptum natum determinari: qꝛ illud verbum viuit non ponitur in situ determinato ipsius verbi: ⁊ tunc dictiones ordinantur ꝑm situm minus debitum. Istius fallacie duo sunt modi. Primus modus prouenit ex eo ꝙ aliquod dictum potest supponere pro se toto: vel pro parte sui: ⁊ ꝑm istum modum paralogizatur sic: quemcunqꝫ possibile est ambulare possibile est quod āmbulet: sedenteꝫ pose ē ābulare ergo possibile est ꝙ sedens ambulet. Ad hoc dicendū ꝙ minor est duplex: qꝛ si hoc dictum sedentem ambulare supponit pro se toto huic predicato possibile est. i. sedens sedendo potest ambulare tunc est composita ⁊ falsa. sicut etiam ē impossibile dicere ꝙ sedens ambulet. si autem istud dictum supponat pro pte sui: tunc est diuisa vera: ⁊ non sequitur ꝯclusio: ⁊ ē sensus: sedentem pos. est ambulare. i. sedens nunc hꝫ potentiam vt postea ambulet. Et similiter quecunqꝫ ē possibile scribere pos. est ꝙ ipse scribat: non scribentem scribere ē pos. ergo pos. est ꝙ scribat. Dicendum est ad istum paralogismum sicut ad primum. Secundus modus prouenit ex eo ꝙ aliqua determiatio potest referri ad diuersa: ⁊ penes istum moduꝫ paralogizat sic. quicunqꝫ scit litteras nunc didicit eas: sꝫ iste antiqu⁹ gramaticus scit litteras: ergo nunc didicit eas. Dicendum ꝙ maior ē duplex: quia hec determinatio nunc potest determinare hoc verbum didicit: ⁊ sic ē cōposita ⁊ falsa: ⁊ sequitur cōclusio. Uel potest deter. hoc verbum scit: ⁊ sic ē diuisa ⁊ vera et non sequitur conclusio. Similiter hic: quod vnum solum potest ferre plura pōt ferr̄: sed quod non plura potest ferre: pōt vnum ferre. ergo quod non potest plura ferre potest plura ferre. Dicendum ꝙ maior est duplex: quia hec determinatio solum potest determinare hoc verbuꝫ potest. ⁊ sic maior est falsa ⁊ composita: ⁊ sic est sensus ꝙ illud quod non potest ferre vnum cum alio potest ferre plura: vel potest determinare hoc verbum ferre: sic maior est falsa ⁊ composita: ⁊ est sensus verus ⁊ propositio diuisa vera sub hoc sensu ꝙ potest iaꝫ ferre vnum solum ⁊ ferre non plura potest plura ferre. Similiter: tu scis tantum tres homines currere posito casu ꝙ sex currant ⁊ nescias de tribus. Hec est duplex quia hec dictio tantum potest determinare hoc verbum currere sic est composita ⁊ falsa. Si scis sic est diuisa ⁊ vera ⁊ paralogizatur sic. Tu scis tantum tres homines currere posito casu quod sex currant: sed quicquid scitur hoc est veruꝫ: ergo tm̄ tres homines cur. ē ve-

rum. Maxima est duplex: vt iam dictum est.

¶ Postq̃ auctor determinauit de fallaciis peccātib⁹ s3 multiplex actuale. s. de equocatiõe ⁊ amphibologia. hic cõsequẽter determinat de fallaciis peccātib⁹ sm multiplex potētiale in q̄b⁹ solū ē potētialis vnitas ipsi⁹ multiplicis rõne cui⁹ sūt ipfectiores aliis: ⁊ iter illas pmo determinat de fallacia cõpositiõis pmo notificās qd sit cõpositio ⁊ diuisio. vñ vt sufficit ad ꝓpositū: cõpositio accipit dupliciter. vno mõ vt ē ordinatio ptiū orõnis sm sitū magis debitū ptib⁹ in orõne positis: ⁊ sic ē i qualibet orõne cõposita vā vel falsa: ⁊ dr̃ situs magis debit⁹ q magis occurrit i itellectui: ⁊ magis cõuenit dictionib⁹ sm suos modos significādi ⁊ enūciandi: vt qñ determinatio determinat suū determinabile eo mõ magis ē nata ipsuz determinare: vel iter diuersa determinabilia determinat illud qd magis hz determinare. Et ecõtra diuisio est ordinatio partium orõnis sm sitū minus debitū. Alio mõ capit cõpositio magis specialiter: vt solū reperitur in orõne cõposita falsa: ⁊ diuisio in diuisa falsa: ⁊ hoc mõ sic diffinit. Compositio est eorum que diuidi debēt falsa vnio. ⁊ diuisio est eorum que componi debent falsa separatio.

Primo sciēdū q̄ a cõpositiõe vltimo mõ capta denoiat fallacia cõpositiõis: ⁊ a diuisione sumitur fallacia diuisionis: ⁊ ē fallacia cõpositiõis idoneitas decipiēdi ꝓueniēs ex māli vnitate orõnis diuise vere cū cõposita falsa. Et ei⁹ cā apparētie ē malis vnitas orõnis diuise vere cū cõposita falsa. rõne cuius credit q̄ sicut orõ in sensu diuiso ē vā: sic in sensu cõposito: cū tñ sit falsa: ꝓpter quā vnitatē etiā credit: q̄ sicut orõ cõposita falsa bene infert cõclusionē q̄ ita diuisa vera iferat ipsā: ⁊ sic in paralogismis hui⁹ fallacie rõne diuise vere apparet ibi esse probabilitas premissarū. ⁊ rõne cõposite false apparet ibi esse bonitas ꝯñtie. Sed cā defect⁹ huius fallacie ē diuersitas significatiõnz orõnis diuise vere ⁊ composite false. Ex quibus apparet q̄ paralogismi i quibus oratio diuisa est vera ⁊ composita falsa fiunt sm fallaciam compositionis: ⁊ econtra quando composita est vera ⁊ diuisa falsa fiunitur fallacia diuisionis.

Secundo sciendū q̄ huius fallacie cõpõnis sūt duo modi. Prim⁹ modus ē qñ vna determinatio diuersimode referk ⁊ determinat idē determinabile: sm quē sic paralogizak. oē rudibile vel risibile est asin⁹: sortes est rudibilis vel risibilis: g̃ sor. ē asin⁹. Solutio: maior ē duplex: q2 illa ꝯiūctio vel põt determinare rudibile vel risibile tanq̄z partes subiecti vni⁹ propõnis: ⁊ sic cõiungit iter terminos: ⁊ maior est composita ⁊ falsa: ⁊ bene sequik cõclusio: ⁊ ē sensus maioris: oē illud qd est rudibile vel risibile est asin⁹. vel põt disiūgere ipsa tanq̄z duo subiecta duarū ꝓpõnū. ⁊ sic disiungit iter ꝓpões: ⁊ sic maior est diuisa vera: q2 ē vna disiūctiua cui⁹ altera pars est vera: sed tūc nõ sequik cõclusio. sed cõmitik fallacia cõpositionis: ⁊ posset etiā distingui minor. Et silr̃ hic: quecūq̄z hñt quattuor vnitates sūt quattuor: duo ⁊ duo nõ hñt quattuor vnitates g̃ duo ⁊ duo nõ sūt quattuor. Solutio minor est duplex: q2 illa ꝯiūctio et põt ꝯiūgere iter terminos ⁊ sic minor ē cõposita ⁊ falsa: ⁊ sequik ꝯclusio: vel iter ꝓpositiões: ⁊ sic minor est diuisa ⁊ vā cū sit copulatiua: cuius ambe partes sūt vere. sic nõ sequik cõclusio. Et silr̃ hic: oē posle põt eē verū sedētez currere ē posle: ergo sedētē currere est verū: ⁊ sic ista sedēs currit. erit vera. Solutio minor est duplex: q2 ille modus possibile p̄t determinare hoc dictuz sedentē currere acceptū sub cõpositiõe suaz partium ⁊ sic ē cõposita: ⁊ falsa: ⁊ sequik cõclusio. vel acceptū sub diuisiõe earūdē partiū ⁊ sic est diuisa ⁊ vera. ⁊ non sequitur cõclusio: sed cõmittitur fallacia.

Tertio sciēdū q̄ i aliqua ꝓpõne modali dictū sumit sub cõpositiõe qñ subiectū dicti sm suum māle ⁊ formale simul cõponik cū p̄dicato dicti: ⁊ sumitur sub diuisione qñ subiectū sm suū māle tñ cõponik cū p̄dicato dicti: ⁊ sm suū formale ab ipso diuidik vt dicēdo sedētē currere ē possibile. currere põt cõponi cū sedente ꝓ suo materiali ⁊ formali simul. s. ꝓ subiecto sessionis: qd est suū materiale: ⁊ ꝓ forma sessionis siue sedentis: qd est suū formale: ⁊ tūc ē modalis cõposita: ⁊ dz dictū continue proferri non pausando iter partes dicti. sed si currere cõponatur cuz sedente ꝓ suo materiali tñ ⁊ nõ ꝓ formali: tunc ē diuisa: ⁊ dz ꝓferri ꝓlatione discõtinua faciēdo pausas iter sedētem ⁊ currere ⁊ qñ dictū stat sub cõpositiõe subiicitk pro se toto: eo q̄ subiicitur sm quālibet cõpositionez: que potest importari per ipsuz. ⁊ quando stat sub diuisiõe: tūc solum subiicik pro parte sui: ⁊ non pro se toto. vnde in istis de possibili modales que fiūt ex terminis cõtrariis vel oppositis in sensu cõposito sunt false ⁊ in diuiso sunt vere: vt albuz esse nigrum est possibile. vidētē esse cecum est possibile ens esse non ens est possibile. ⁊ econtra est de illis de impossibili.

Quarto sciendū: q̄ secūdus modus hui⁹ fallacie sumik qñ vna determinatio referk ad diuersa determinabilia vel vnum determinabile ad diuersas determinationes sm quē sic paralogizak. Quicqd viuit semp est. sortes viuit: ergo sortes semp est. Solutio: maior est duplex. q2 illa determinatio semp põt determinare hoc verbū est: ⁊ sic est cõposita ⁊ falsa: ⁊ sequitur conclusio. Et dicitur tūc cõposita: q2 in oratiõe aduerbiū hz determinare principalius verbū: ⁊ q2 illud verbum est principalius verbuz in tali orõne. iō aduerbium ponitur in situ magis debito quando refertur ad ipsum. vel potest determinare hoc verbuz viuit: ⁊ sic maior est diuisa ⁊ vera. ⁊ nõ sequik ꝯclõ. Et silr̃ hic. oē quod est necessario ē: sortes ē. g̃ sortes necessario est. Solutio. Maior est duplex eo q̄ necessario põt determinare hoc verbum est secundo loco positum. ⁊ sic est cõposita ⁊ falsa. ⁊ sequitur conclusio. vel põt determinare hoc verbuz est primo positum. ⁊ sic est diuisa ⁊ vera. nec sequitur conclusio.

Contra predicta arguik pmo sic. hic est cõpositio. homo ē animal. ⁊ tamen non falsa vnio diuidēdorum ergo male diffinitur cõpositio. ¶ Scđo sic materialis vnitas orationis cõposite ⁊ diuise ē vnitas realis cū sit vnitas vocis. ergo si sit cā apparētie hui⁹ fallacie sequitur q̄ hec fallacia sumit causam apparentie ex parte rei: ⁊ sic nõ erit fallacia in dictione. ¶ Tertio sic. quando modus determinat dictum ꝓ se toto vel pro parte sui ibi vna determinatio referk ad diuersa determinabilia: q2 totum dictum ⁊ ps eius dr̃nt. ergo prim⁹ modus non differt a secūdo. ¶ Quarto sic. vnius determinationis est tñ vnum determinabile. sicut vni⁹ determinabilis est tñ vna determinatio. ergo eadez determinatio nunq̄z determinat diuersa determiabilia: ⁊ sic male ponitur secundus modus. ¶ Quinto sic. aliqui paralogismi fiunt in fallacia compositionis: per hoc q̄ coniunctio cõiungit inter terminos vel inter propositiones: ⁊ tñ ille modus hic non ponitur. ergo sufficienter ponunk modi huius fallacie.

Ad argumēta. Ad primū istorū dr̃. q̄ si capiak ꝯpõ ꝓ vnione affirmatiua p̄dicati cū subiecto: sic ibi ē ꝯpõ. hõ ē aial. s3 si capiak ꝯpõ ꝓ ordinatione partiū orõnis in situ magis debito in oratione cõposita falsa: sicut hic capik ꝯpõ: sic in illa ꝓpositiõe nõ est cõpositio: neq̄z hic est diuisio: vt hic capitur: homo nõ est asinus. Ad scđm dicik q̄ licet illa mālis vnitas sit realis: tñ nõ cõsiderak hic in rõne rei sed in rõne signi habentis plura significata iō ista cā apparentie nõ sumik a parte rei. ¶ Ad tertiū dr̃. q̄ modus determinās dictū ꝓ se toto vel pro parte sui semper referk ad idem determinabile l3 diuersimode: q2 semper determinat ipsum dictū: sed aliquādo determinat ipsum rõne totius: ⁊ quādoq̄z ratione partis. ¶ Ad quartū dr̃. q̄ l3 vna determinatio i vna acceptiõe itellect⁹ nõ possit referri ad diuersa

determinabilia: quia non possunt ab vno intellectu plurã simul intelligi: tamen sm plures acceptiones intellectus q̃ fiunt a pluribus hominibus: vel ab vno homine successiue eadem determinatio potest referri ad diuersa determinabilia. ¶ Ad quintum dicitur: q̃ licet ille modus non enumeretur explicite in textu tamen intelligitur implicite i primo modo: et paralogismi facti fiunt sm primum modum huius fallacie: vt prius patuit.

¶ De fallacia diuisionis. Quid sit diuisio dictũ est prius. Fallacia diuisionis est idoneitas decipiendi proueniens ex eo ꝙ oratio aliqua cõposita ẽ vera et diuisa falsa vna et eadẽ manẽs scdm materiam: differẽs scdm formã: diuersa significat: que credit esse vera in sensu diuiso: eo ꝙ veritatem h3 in sensu cõposito. Causa apparẽtie huius fallacie est oro cõposita habẽs idẽtitatez in materia cum orone diuisa. Uel causa apparentie est idoneitas orationis eiusdẽ scdm substãtiã et situz minus debitum. Causa defectus ẽ diuersitas sensus diuisi a sensu cõposito. Istius fallacie duo sunt modi. Primus modus puenit ex eo ꝙ aliqua coniunctio potest copulare iter terminos vel ppositiões et scdm istum modũ paralogizatur sic. Quecũq3 sunt duo et tria sunt duo et sunt tria. sed q3 sũt duo et tria: ergo quinq3 sunt duo et quinq3 sũt tria. Ad hoc dicendũ ꝙ minor est duplex: q2 hec coniunctio et potest cõiungere inter terminos vel inter ppositiones. si inter terminos sic est vera et cõposita et est sensus duo et tria simul iuncta faciunt quinq3 si inter ppositiones: sic est falsa et diuisa: et est sensus ꝙ duo sunt quinq3 per se: et ꝙ tria sunt qnq3 per se: quod est falsuz. Similiter est hic: quecũq3 sunt duo et tria sunt paria et ipa0ria: quinq3 sunt duo et tria ergo quinq3 sunt paria et ipaoria. Dicendũ ꝙ minor est duplex: q2 ibi potest esse copulatio inter terminos: et sic est vera et cõposita: et est sensus q3 que sunt duo et tria insimul coniuncta: vel est copulatio inter propositiones: et sic est falsa: et diuisa et est sensus: quinq3 sunt duo et quinq3 sunt tria: quod est falsum. Similiter hic: omne animal ẽ rationale vel irrationale. sed non omne animal est rationale. ergo omne animal est irrationale. Dicendum ꝙ maior est duplex: ex eo ꝙ ista coniunctio vel potest coniungere inter terminos: et sic est vera et composita vel inter propositiones et sic ẽ falsa et diuisa. Similiter hic: omne animal est sanuz vel egrum. Uel hic: omnis substantia est corporea vel incorporea. Uel hic. omnis linea est recta vel curua. vnde omnes iste sunt vere quando coniũctio coniungit inter terminos et sunt composite: s3 sunt false quando coniunctio coniungit inter orationes et propositiones et diuise: quia coniunctio per se primo est coniunctiua partium orationis: et ex cõsequenti coniungit orationem cum oratione. Secundus modus huius fallacie diuisionis prouenit ex eo ꝙ aliqua determinatio potest referri ad diuersa: vt hic: quo vidisti hunc percussum hoc pcussum est: sed oculo vidisti hunc percussũ: ergo oculo percussus est. Dicendum ꝙ minor est duplex: quia iste ablatiuus oculo potest determinare hoc participium percussus. et sic est diuisa et falsa: et est sensus: tu vidisti hunc percussum oculo: et sequitur conclusio. Uel potest determinare hoc verbuz vidisti et sic ẽ composita et vera: et tunc ẽ sensus: tu vidisti cũ oculo hũc pcussũ: s3 tũc nõ seqtur cõclusio.

¶ Postq̃3 determinatũ est de fallacia cõpositionis. hic ꝯñr determinatũ est de fallacia diuisionis. Cuius ordinis ratio est: q2 fallacie ad inuicem ordinantur sm ordinem suarũ causarũ apparentie: sicq3 habentes perfectiorem causam apparentie preponuntur aliis: sed in fallacia cõpositionis maior ẽ cã apparẽtie q̃3 in fallacia diuisionis: q2 maior ẽ apparẽtia: ꝙ si oro diuisa sit va ꝙ cõposita ẽt sit vera: q̃3 eẽ3 si ꝯposita sit vera ꝙ diuisa sit va eo ꝙ in diuisa ptes ordinant in situ minꝰ debito: et in cõposita i situ magis debito: et maior ẽ apparẽtia: si oro in qua ptes minꝰ debite ordinant sit vera: ꝙ alia in qua ordinant magis debite sit vera q̃3 ecõtra: io in fallacia compositionis maior est causa apparentie q̃3 in fallacia diuisionis. rõne cuius bene ei preponitur.

Primo sciendũ ꝙ fallacia diuisiõis est idoneitas decipiendi pueniens ex mali vnitate orationis cõposite vere cũ diuisa falsa. et eius causa apparẽtie est illa materialis vnitas oratiõis cõposite vere et diuise false: ppter quã vnitatẽ credimus ꝙ sicut illa oratio est vera i sensu cõposito: ꝙ ẽt sit vera in sensu diuiso: cum tamẽ in illo sensu sit falsa. et etiã ppter illã vnitatẽ credimꝰ ꝙ sicut diuisa falsa bene infert conclusionẽ: ꝙ etiam composita vera bene inferat conclusionẽ. Et sic ex parte cõposite vere sumit apparẽs pbabilitas pmissaꝝ: et rõne diuise false apparet pbabilitas ꝯñe. S3 cã defectꝰ huius fallacie est diuersitas significatorũ orõnis cõposite et diuise.

Secundo sciendum ꝙ oratio composita et diuisa dupliciter iter se differũt. Primo q2 in oratione composita partes ordinant sm sitũ magis debitũ. i. sm sitũ in quo de virtute sermonis citius accipiuntur: sed in oratione diuisa partes ordinantur sm sitũ minus debituz. Secunda differentia sumitur ex parte modi proferendi. nam oratio composita habet proferri platione continua. et oratio diuisa habet proferri prolatione discontinua. discontinuando dictiones que ab inuicez diuiduntur: et hec secunda differentia est signum prime: vt dicendo. omnis propositio vera est: si vera ponatur in subiecto: sic illa oratio est diuisa et vera: et debet proferri platione discontinua: faciendo pausam inter subiectum et verbum: sed si teneatur ex parte predicati est composita et falsa: et debet pferri prolatione continua.

Tertio sciendũ ꝙ huius fallacie sunt duo modi. Primus modus ẽ qñ eadẽ determinatio diuersimode determinat idẽ determinabile: sm quem modũ paralogizat sic. oẽ qd ipossibile est eẽ albũ: ipossibile ẽ recipere albedinẽ. sed nigrũ esse albũ est impossibile. ergo nigrũ recipere albedinẽ est impossibile: qd est falsum. Solutio. Minor est duplex: q2 illud dictũ albũ esse nigrũ potest diuersimode determinari per illũ modũ impossibile. vno modo inquantũ stat sub compositione: et subiicitur sm se totũ: et sic minor est cõposita et vera. et non sequitur conclusio. sed cõmittit ista fallacia. Alio modo põt determinari vt accipitur sub diuisione suarũ partiũ: et subiicit pro parte sui. s. pro compositione sui pdicati cum illa sui subiecti: et sic ẽ diuisa et falsa: et bene sequit ꝯclusio. Et similiter distinguerent isti paralogismi: sedentẽ currere est impossibile. omne albũ eẽ coloratũ est necessariuz. et sic de aliis modalibꝰ que in sensu diuiso sunt false: et in sensu cõposito sunt vere. Aliter sic paralogizat. quicqd est tantũdem

z amplius est equale alteri: sed magis est tantundem z am
plius: g magis est equale. Solutio. Minor est duplex: q
illa cōiūctio z pōt cōiungere iter terminos: z determinare il
la que cōiungit tāqz ptes vnius pdicati: z sic minor ē cōpo
sita: z vera: z nō sequitur cōclō. Uel pōt cōiungere inter ppositi
ones: z cōiūgere ea que per eā copulantur tanqz diuersa
pdicata plurium ppōnum: z sic minor est diuisa z falsa: quia
est vna copulatiua: cuius vna pars ē falsa: z hoc mō sequit
cōclusio. z ecōtra dicendum est de maiore. Simil' soluitur
iste paralogismus: quecūqz sunt duo z tria, sūt paria z im
paria: sz quecūqz sunt duo z tria. g quecūqz sunt paria z impa
ria: z simil' est hic. omne aīal est sanū vl' egrū: sz non eē
animal est sanum g omne animal est egrū. Solutio. Hec
cōiūctio vl'. pōt cōiungere inter terminos: z sic maior est cō
posita z vera. vl' inter propositiōes: z sic ē diuisa z falsa.

Quarto sciendum q secundus modus est quādo
aliqua determiatio pōt determiare plu
ra determinabilia. vl' idem determinabile potest determi
nari a diuersis determinationibus sm quem modum sic
paralogizat: nullus hodie natus fuit heri. homo decem
annorum est hodie natus ergo non fuit heri. Solō. Mi
nor est duplex: q hoc aduerbium hodie pōt determinare
natus: z sic est diuisa z falsa: z bene sequitur conclusio: vel
pōt determinare hoc verbū est z sic ē cōposita z vera: z non
sequitur conclusio. Est. n. tunc composita. q aduerbium
de sui natura magis hz determinare verbum quam parti
cipium. ideo cum hodie refertur ad uerbum ordinatur i
situ magis debito. Et simil' hic quoscūqz virorū achil
les reliquit centum in bello: illi erant centum z amplius:
sed quadraginta virorum centum reliquit achilles inbel
lo. ergo quadraginta erāt cētū z ampl'. Solō. Minor est
duplex. q ille genitiuus virorum potest determinari per
illud adiectiuum centum: sic quod ambo sint genitiui casus
z regantur de li quadraginta: z sic minor est composita z
vera: z non sequitur conclusio: vel potest determinari per
illud adiectiuū quadraginta: sic quod ambo regantur de
li centum: z sic est diuisa. quia dictio recta precedit dictio
nem regentem: z sic est falsa: et sequitur conclusio: et sic
possent solui alii paralogismi huiusmodi.

Contra predicta arguitur pmo sic. in ista
fallatia sumit causa ap
parentie ratione orationis cōposite vere z non ratione di
uise. g ista fallatia debet dici fallatia compositionis: z nō
fallatia diuisionis cum apparētia z probabilitas suorū
paralogismorum proueniat ex oratione composita vera.
Secundo sic. materialis vnitas orationis composite et
diuise est causa apparentie in fallatia compositionis: z di
uersitas significatorum eius est causa deffectus. g si illa mate
rialis vnitas sit causa apparentie huius fallatie habebit
eandem causam apparentie cum fallatia compositionis
quod est inconueniens. ¶ Tertio sic. modus proferendi
orationis se tenet in prolatione litterarum syllabarum et
dictionum: sz in oratione composita z diuisa eodem mo
do proferūt littere syllabe z dictiōes: g iste orationes non
differant sm modum pferendi. ¶ Quarto sic. coniūctio
est coniunctiua partium orationis: vt habetur in sua dif
finitione: z non orationum. g coniūctio nō hz coniunge
re iter ppositiones. g cōtra ea q dicuntur in pimo modo
huius fallatie. Quinto sic. in isto paralogismo amphibo
logie. quecūqz cōtingit dicere cōtingit loq: sz tacētem cōtigit
dicē. g tacētē cōtigit loq: vna determinatio pōt diuersimo
de determinare idē determinabile: z tñ ibi nō ē pimus mo
dus hu fallatie. ergo superius assignat pimus modus.

Ad argumenta. Ad pmum dr. q licet ex
parte orationis cōposite
vere i ista fallatia sumat apparentia pbabilitatis pmissa:
tñ ex parte orationis diuise false sumit apparētia proprie
tatis consequentie q est pncipalior i paralogismis: io ista
fallatia pncipali denominatur ab oratione diuisa falsa qz

composita. ¶ Ad secundum dicitur. q licet hec fallatia z
fallatia compositionis habeant eandem causam apparen
tie cōmanē. s. materialez vnitatem diuise z composite: tñ
habent diuersas causas apparentie speciales per hoc q
oratio composite z diuisa variantur penes verum z falsū
vt pz ex pdictis. ¶ Ad tertium dicitur. q licet in oratiōe
composita z diuisa dictiones secundum se eodem modo
proferantur: nō tamen eodem modo quo ad vnionem ea
rum inter se: quia qñqz diuiduntur adinuicez: z quādoqz
componūtur. ¶ Ad quartum dicitur. q coniūctio pmo
z per se est cōiunctiua partium orationis: sz bene ex conse
quenti cōiungit orationes: z quia solum coniungit ex cō
sequenti tantum inter orationes, ideo quando sic accipit
ordinatur in significato pmus debito: z facit orationem
diuisam. ¶ Ad quintum dicitur. q licet in illo paralogis
mo eadem determinatio diuersimode determinet idem d
terminabile: tamen hoc non fit cum variatione partium
orationis secundum situm magis debitum. quia illa ora
tio de virtute sermonis pōt accipi equaliter prout ille ac
tus pcedit verbū z sequitur, ideo ibi nō est variatio sēs cō
positi z diuisi: q tñ psupponit i oīb modis hu fallatie.

¶ Sequit de fallatia accent. Accentus est cer
ta lex z regula ad eleuādū vel deprimēdū sylla
bam vniuscuiusqz dictiōis. Et iste accentus diui
ditur in accētum grauē: acutū z circunflexum.
Grauis est qui deprimit in fine. Acutus accent
est qui in fine eleuat vel acuit. Circūflexus est q
acuit z deprimitur sil. Uel circunflexus est qui pro
cedit ab sublimo z pcedit in altum z finaliter tē
dit in unum vt hierlm. Fallatia accent est ido
neitas decipiendi pueniens ex multiplicitate di
ctionis eiusdē sz substātiaz diuerse sm modū pro
ferendi diuersa significantis. Causa apparentie
huius fallatie est vnitas dictionis scdm materiaz
vel secundum substantiā solū. Causa deffectus ē
diuersitas significatorum. Istius fallacie sunt duo
modi. Primus modus puenit: ex eo q aliqua
dictio potest pferri diuersis accentibus: vt hic oīs
ppls est arbor: gens est ppls: ergo gens est arbor.
Dicendū q maior est duplex: q prima syllaba
huius dictionis ppls potest pferri longa: z sic est
vera: z nō sequitur conclusio: vel potest eē breuis:
z sic est falsa. z sequitur conclusio. Silr hic: omnis
ara est in templo: stabulum porcorum est hara: er
go stabulum porcorum est in templo. Dicendū
est hic sicut prius dictum est. Similiter hic. quic
qd hamat hamo capitur: mulier amat: ergo mu
lier hamo capit. Dicendū q maior est duplex eo
q hec dictio hamatur potest pferri cū aspiratiōe
vel sine aspiratione. Si primo sic est vera: z non
sequitur conclusio. si secundo sic est falsa z sequit
cōclusio: vel sic: quoscūqz viros iustū est pendere
dignum est penā pati: sed iustos viros dignum est
pendere, ergo iustos viros dignum est penā pati.
Unde vtraqz premissarum est duplex: eo q hec
dictio pendere potest proferri media longa vl' me
dia breui. Secundus mod prouenit ex eo quod
aliqua vox potest esse dictio vl' oratio: vt hic: tu es
qui es: sz quies est requies, ergo tu es reges. Dicē
dum quod maior est duplex eo quod quies potest

esse dictio vl' oratio. si sit dictio tūc est falsa: et sequitur conclusio. si oratio tūc est vera: et nō sequitur cōclusio. Similiter quicquid fecit deus iuste fecit deus coacte: sed deus fecit vinum in vite: ergo deus fecit vinum coacte. Dicendum quod maior est duplex. eo quod iuste pōt esse oratio vel dictio. si dictio sic est vera: et nō sequitur cōclusio. vel pōt esse oratio: et sic est falsa et sequitur cōclusio. Similiter hic. quicūque habet dilectionem supernam: habet dilectionē dei: vsurarius habet dilectionem supernam: ergo vsurarius habet dilectionem dei. Dicendum quod hec dictio supernā pōt capi dupliciter. Uno modo vt ē dictio: et sic minor est falsa: et sequitur conclusio. Alio modo pōt esse oratio: et sic est vera et non sequitur cōclusio. Similiter hic metuo lōgas pereūte noctes olidya dormis. Unū hec dictio metuo pōt eē dictio vel oratio.

¶ Postquam auctor determinauit de fallatiis cōpositionis et diuisionis. Hic consequenter determinat de fallatia accētus. Cuius ordinis rō est: quia fallatie debent ordinari secundum suas cās apparentie: sed maior est cā apparentie in fallatia cōpositionis et diuisionis: quam in fallatia accentus: ideo ille fallatie conuenienter preponuntur isti: et quod in ipsis sit maior cā apparentie probatur: quia in fallatiis in dictione sumitur cā apparētie ab vnitate vocis multiplicis: sed in fallatiis cōpositionis et diuisionis vbi maneant simplices dictiones actualiter eedem licet varientur orationes est maior vnitas vocis multiplicis quam in fallatia accentus vbi variantur actualiter dictiones et orationes: ideo posterius ponitur fallatia accentus.

Primo sciendū quod est certa lex vel regula ad eleuandum vel deprimendū quālibet syllabā alicuius dictionis per hoc quod dicitur certa regula explicatur cā formalis eius: et per hoc quod ponitur ad eleuandū vel deprimēdū explicatur sua cā finalis: et per hoc quod dicitur syllabā uniuscuiusque dictionis explicatur sua cā materialis in qua quia accentus primo conuenit syllabis: et per syllabas dictionibus: et per dictiones orationibus: et dicitur accentus quasi ad aliud cantus: quia talis mensura eleuationis vel depressionis ē quidā cātus ordinatus ad exprimendū conceptus mentis: et diuiditur per grauem acutum et circūflexum. Cuius diuisionis rō ē: quia omnis accētus ē simplex vel mixtus: si simplex hoc est dupliciter vel fit cum depressione vocis: et sic est grauis: vel cum eleuatione: et sic est acutus: si est mixtus ex eleuatione et depressione sic ē circūflexus: et horum diffiōnes satis patent in textu: vnde hic non consideratur accentus inquantum est passio vocis significatiue absolute sicut in grāmatica: sed consideratur inquantū diuersitas accentus eiusdē dictionis est cum pluralitate significatorum: ratione cuius potest sumi vna fallatia.

Secundo sciendū quod fallatia accentus ē idoneitas decipiendi proueniens ex materiali vnitate dictionis diuerse secundum modū proferendi: et secundum significata. Et eius cā apparentie est materialis vnitas dictionis plura significantis: rōne cuius creditur quod sicut illa vox est materialiter vna quod ita habeat vnū accentū. et vnum significatū. et per hoc sumitur vna maxima in hac fallatia in qua fundantur oēs paralogismi huius fallatie. Sed cā defectus eius est diuersitas significatorum illius dictionis diuerse in modo proferendi. et per hoc patet quod accentus nō est cā apparentie nec cā defectus huius fallatie. sed cōcomitatur cām defectus. quia secundum plures accentus dictio habet plura significata. et hec diuersitas accentus est signū diuerse significationis. et licet sint quattuor accidentia dictionis. s. litterarū. numerus. spūs. tps. et accentus. tamen ab aliis non sumitur vna fallatia sicut secundum accentū. vnde per numerum litterarum nō causatur vna fallatia. quia variato tali numero nō manet identitas vocis. secundum spiritum vel aspirationem dictionis que designatur per h. et per tēpus secundum quod aliqua similia habent duo tempora si sit longa. vel vnum si sit breuis. potest causari ista fallatia. sed hoc est solū inquantum variatio spūs vel tempus causat variationē accentus et modi proferendi. ideo ista fallatia melius denominatur ab accentu quam ab aliis. et in omnibus paralogismis huius fallatie fit variatio accentus. non autem spūs vel tēporis.

Tertio sciendum quod huius fallacie duo sunt modi. Primus modus ē quando dictio potentialiter vna pōt regi diuersis accentibus: secundum quē sic paralogizatur quicūque vult pendere vult suspendi: sed tortor pēdens homines vult pēdere. ergo tortor vult suspēdi. Solutio. vtraque premissarū ē duplex: quia pēdere vno mō pōt capi neutraliter: vt venit de pendeo des. et sic habet mediā longā alio mō actiue: vt venit a pendo dis. et sic habet mediā breuē. si in vtraque premissarum sumatur neutraliter maior ē vera: et minor falsa: et si in vtraque teneatur actiue. est econtra et in istis duobus modis sequitur cōclusio. Sed si in maiore sumatur neutraliter: et in minore actiue: vtraque premissarū est vera: et nō sequitur cōclusio: sed cōmittitur fallatia accētus. Et similiter diceretur de isto paralogismo omnis populus est arbor. gens est populus. ergo gens ē arbor: distinguendo ambas premissas.

Quarto sciendum quod secundus modus fit quando aliqua vox pōt eē dictio vel oratio: secundum quē modū sic paralogizatur: quicquid prestat alteri dat alteri: vnus lapis prestat alteri: ergo vnus lapis dat aliquid alteri. Solutio. vtraque premissarum est duplex: quia prestat pōt esse dictio vel oratio. si in vtraque premissarum sumatur vt dictio maior ē vera et minor falsa. et si in vtraque premissarum sumatur vt oratio est ecōtrario. et in istis duobus modis sequitur cōclusio. Sed si in maiore teneatur vt dictio et in minore vt oratio ambe premisse sūt vere. et nō sequitur cōclusio. Similiter pōt distingui de illa oratione. Metuo lōgas pereūte noctes lidia dormis. quia metuo pōt eē vnū verbum tm̄. et sic idem est quod timeo. Alio mō pōt esse duo pronomina. s. me et tuo. Tertio mō pōt esse vnum nomē cū vna interiectiōe. s. metu et o. Quarto mō pōt esse tres dictiōes. s. duo pronomina cum vna interiectiōe. s. me tu et o. et secundum hoc sic paralogizatur. Quicūque dicit metuo lōgas pereūte noctes lidia dormis dicit se timere. sed dicēs me tuo lōgas pereūte noctes lidia dormis nō dicit se timere. ergo nō dicēs se timere dicit se timere. Soluitur distinguēdo premissas secundum distinctiōem propositā.

Sed contra predicta arguitur primo sic. Accētus ē depressio vel eleuatio syllabe alicuius dictiōis cū accentus acutus sit eleuatio et grauis depressio syllabe. ergo non ē regula ad eleuādū vel deprimēdum syllabā. ¶ Secūdo sic oē graue vel acutum est corpus. nullus accentus ē corpus ergo nullus accētus ē grauis vel acutus. ¶ Tertio sic nulla fallatia sumitur ab illo quod impedit deceptionem. sed accentus impedit deceptionem. quia secundum distinctos et diuersos accentus alicuius dictionis cognoscuntur diuersa significata eius. ergo secundum accentū nō sumitur aliqua fallatia. ¶ Quarto sic. in isto paralogismo omnis populus est arbor. gens ē populus. ergo gēs est arbor: cōmittitur fallatia equiuocationis. quia populus significat equiuoce arborem et collectionem gentis: ergo non est in primo modo huius fallatie. ¶ Quinto sic. in isto argumento. quicquid habet supernā dilectionem habet amorem dei. vsurarius habet supernam dilectionē. ergo habet amorem dei non est vna dictio materialiter. quia supernam aliter scribitur quando est vna dictio. et quando est plures dictiones. ergo male ponitur exemplum illud in secundo modo huius fallatie.

Ad argumēta. Ad primū dicitur. quod accētus secundum suum mōle bene ē eleuatio vel depressio alicuius syllabe. sed tñ secundum suū formale bene ē lex vel regula vel mēsura talis eleuatiōis vel depressionis. ¶ Ad secūdum dicitur. quod si capiatur graue et acutū proprie sic oē graue vel acutū ē corpus. sed si capiatur trāsumptiue vt hic sumitur maior ē falsa. dicitur enim accētus grauis secundum similitudinē: quia sicut corpus graue mouetur deorsum. ita et accentus grauis. et sicut corpus

leue tendit sursum ita accentus acutus secundum similitudinem. et sicut corpus dicitur acutum quia faciliter pungit et penetrat sensum tactus: sic accentus dicitur acutus: quia faciliter penetrat auditum per eleuationem syllabe. ¶ Ad tercium dicitur. quod licet respectu cognoscentis diuersitatem accentus et significatorum dictionis diuersus accentus impediat deceptionem. tamen respectu cognoscentis pluralitatem significatorum dictionis consequentem plures accentus bene potest causare deceptionem. ¶ Ad quartū dicitur quod si capiatur generaliter equiuocatio pro quacunqz pluralitate significatorū eiusdem dictionis ibi est equiuocatio: sed si capiatur proprie pro pluralitate significatorum que est cum actuali vnitate vocis sicut capitur in fallacia equiuocationis: sic non ē ibi equiuocatio. ¶ Ad quintum dicitur quod licet li supinam varietur in numero literarum secundum scripturaz: tamen est variatio minima in pronunciatione literarum et syllabarum ideo dicitur manere eadem vox materialiter.

¶ Sequitur de fallacia figure dictiōis. Fallacia figure dictionis vltimo loco ponitur inter fallatias in dictione: quia facit multiplex fātasticū. Figura est que termino vel terminis clauditur. termīo vt circul⁹. termīs vt triāgulus quadrāgul⁹: et similitudiarie hic sumitr. Fallacia figure dictiōis ē similitudo dictiōis cū dictiōe penes finalē terminationē in pte nō idem significāte et facit multiplex fantasticū. Est autē multiplex fantasticū quādo aliq dictio significat vnū: et videtur significare aliquid propter similitudinem quā hz in parte cū alia dictione: vt videre significat passionem: et videt significare actionem ppter hoc q̄ est simile huic verbo agere. Causa apparentie huius fallacie est similitudo dictionis in parte cum alia dictione non idē significante. Causa defectus huius fallacie ē diuersitas eoꝝ q̄ vident esse similia: Ista aūt similitudo fit trib⁹ modis. s. voce significatiōe et suppōne et sz hec tres sūt modi huius fallacie. Prim⁹ modus puenit ex sīi terminatione dictiōis cum alia dictione: vt qualiscunqz ē musa talis ē poeta: sed musa ē feminī generis. ergo poeta est feminī generis. Dicendum quod non sequitur q̄ si aliqua sint eiusdem terminationis quod sint eiusdē generis. Similiter hic omnis aqua est humida. fluuius est aqua: ergo fluuius est humida. Dicendum qd non oportet q̄ si fluuius sit aqua quod ergo quicqd dicatur de aqua q̄ hoc etiam dicatur de fluuio sub eadem terminatione. vel sic: omnis homo est alb⁹ mulier est homo. ergo mulier est albus: Unde in omnibus predictis paralogismis masculinum interpretatur femininum. aut si formetur sic paralogismus: musa et poeta sīr terminant: sz musa est feminini generis. ergo poeta: tunc non est ibi fallacia figure dictionis sed fallacia consequentis a communiter accidentibus vt postea patebit. Secundus modus prouenit ex mutatione vni⁹ predicamenti in aliud vel quando vna species vnius predicamenti mutatur in aliam speciem vt hic quicqd heri emisti hodie cōedisti: carnes crudas heri emisti. ergo carnes crudas comedisti. Dicendū est quod non sequitur: quia quicquid dicit rem d̄ predicamento substantie: crudum dicit rem de p̄dicamento qualitatis: et sic proceditur de vno predicamēto in aliud. Similiter hic: quicquid heri vidisti hodie vides: sed vidisti heri album. ergo album hodie vides. Dicendum quod non sequit̄ quia album significat per modum qualitas: quicquid vero dicit rem de predicamento substantie. Similiter hic: do tibi solum denarium: sed soluz denarium non habeo. ergo do tibi quod non habeo. Dicendum q̄ hec dictio solum dicit relationem: quia vt habetur in secundo elenchorum solum dicitur quasi non cum alio: et hec dictio qd dicit substantiam: et sic proceditur a relatione ad substantiā. Similiter est hic: aliqs dat cito equuz sed non habet cito equum. ergo aliquis dat cito quod non habet. Dicendum q̄ non sequitur: qa cito dicit modum actus siue qualitatem: et quod dicit substantiam: et sic proceditur a qualitate ad substantiā. Similiter quando proceditur ab vna specie vnius predicamenti ad aliam: ut quantoscunqz digitos heri habuisti hodie habes: decē digitos heri habuisti. ergo decem digitos hodie habes posito q̄ vnum amiseris. Dicendum q̄ non sequitur. q2 hec dictio quantoscunqz dicit quantitatem continuam: et hec dictio decem dicit quantitatem discretam. Tertius modus prouenit ex diuersa suppositione termini vt homo est species. ergo aliquis homo est species. Et hec homo est dignissima creaturarum. ergo aliquis homo est dignissima creaturarum hic est processus a simplici suppositione ad personalez. Similiter hic omnis homo ē animal. ergo omnis homo ē hoc animal. similiter hic. animal est sor. animal est plato: et sic de alijs. ergo animal est omnis homo hic fit processus a pluribus determinatis ad vnam determinataz. Et iste modus solet appellari vniuocus: quia ille terminus vniuoce se habz ad omnia supposita. Unde in qualibet premissaruz supponit pro vno: in conclusione uero pro pluribus: et sic variatur eius suppositio. Et intelligendū q̄ in predictis quale quid interpretatur i hoc aliquid id est commune vel vniuersale interpretatur singulare. si eniz animal est hoc aliquid: si tunc arguitur animal est sortes aial est homo: et sic de alijs. ergo animal est omnis homo: est bonum argumentum: sicut hic sortes currit plato currit: et sic de alijs. ergo omnis homo currit. Similiter hic non sequitur quādo fit processus ab imobili suppositione ad mobilem: ut omnis homo est aial. ergo omnis homo est hoc animal. et sic de alijs. Hos tres modos ponit Aristoteles dicēs q̄ figura dictionis fit quando iterpretatur non idem vt diuersum: ut masculinum femininuz vel neutrū neutrum vel econuerso: et rursuz quid interpretatur quale vel q̄tum iterum quando commune iter

predicatur singulare vel hoc aliquid.

¶ Postquam auctor determinauit de fallaciis peccantibus secundum multiplex actuale et potentiale. Hic consequenter determinat de vltima fallatia in dictione que peccat secundum multiplex fantasticum. s. de fallatia figure dictionis. Pro cuius intellectu describitur in textu figura proprie dicta. Figura est que termino vel terminis clauditur: termino sicut circulus quod vnica linea circulari clauditur: et terminis sicut triangulus et quadrangulus. vnde talis figura proprie dicta est terminatio substantie vel quantitatis in substantia: et transumptiue per similitudinem ad talem figuram terminatio dictionis dicitur figura dictionis: siue terminatio sit ex parte vocis siue significationis vel modi significandi: et ideo figura dictionis est similis terminatio duarum dictionum: et secundum talem similitudinem terminationum sumitur multiplex fantasticum quod est dictio tantum vnius significans que propter similitudinem cum alia dictione videtur aliud significare vt prius dictum est.

Primo sciendum quod secundum tale multiplex sumitur fallatia figure dictionis que est idoneitas decipiendi proueniens ex simili terminatione dictionis cum alia dictione non idem significantis siue proueniens ex simili figura duarum dictionum inter se dissimilium: et eius causa apparentie est similis figura vel terminatio vnius dictionis cum alia dictione non idem significante: propter quam similitudinem credimus quod sicut ille dictiones conueniunt in simili terminatione vel figura quod etiam conueniant in significato vel in aliquo modo significandi in quo disconueniunt. et inde potest causari deceptio penes hanc fallatiam: sed causa defectus est diuersitas dictionum conuenientium in simili figura. Et quia ista fallatia sumitur ex simili terminatione dictionum inter se. Et illa terminatio fit tripliciter. s. in voce. in modo significandi: et in significatione duarum dictionum. ideo secundum hoc sumitur tres modi huius fallatie.

Secundo sciendum quod primus modus huius fallatie est quando propter similem terminationem vocis creditur conuenientia dictionum in significato vel in modo significandi. Exemplum primi: secare et vigere similiter terminantur: sed secare significat actionem. ergo vigere significat actionem: ibi propter similem terminationem vocis illarum dictionum potest credi conuenientia earum in significato. s. quod vtraque significet actionem. Exemplum secundi: vt qualis est musa talis est poeta: sed musa est feminini generis. ergo et poeta: ibi propter similem terminationem vocis creditur conuenientia illarum dictionum in modo significandi qui est genus. Et soluuntur isti paralogismi negando consequentiam: quia propter similem terminationem vocis aliquarum dictionum non sequitur conuenientia earum in significato vel modo significandi.

Tertio sciendum quod secundus modus huius fallatie est quando propter similitudinem duarum dictionum in aliquo modo significandi creditur conuenientia earum in significato vel in modo significandi. Et secundum hunc modum quandoque mutatur res vnius predicamenti in rem alterius: vel vna species in aliam quantum ad subsumptionem. Exemplum primi: vt quicquid heri vidisti hodie vides: album heri vidisti. ergo album hodie vides: ibi propter similitudinem illius quod distribuitur per quicquid: et album quod significat per modum concreti. et per hoc quod aliquo modo significat per modum substantie: creditur quod sub illo distributo substantie quicquid bene sumatur album quod significat qualitatem: et ita substantia mutatur in qualitatem quantum ad subsumptionem. Similiter hic quicquid heri emisti: hodie comedisti crudas carnes heri emisti. ergo carnes crudas hodie comedisti. exemplum secundi quicunque comedisti fuisti hodie. sed decies comedisti. ergo decies fuisti hodie: quicunque et decies conueniunt in hoc quod vtrumque significat per modum quantitatis: sed quandocunque distribuit pro re se habente per modum quantitatis continue: et decies significat per modum quantitatis discrete. et ideo sub distributiuo quantitatis continue sumitur discretum: et sic vna quantitas mutatur in aliam quantum ad subsumptionem. Similiter hic: quemcunque diligis est amicus tuus: matrem diligis. ergo mater est amicus tuus. ibi propter conuenientiam in modo significandi substantie creditur quod mater et illud distributiuum quemcunque habeant conuenientiam in genere quod tamen est falsum. Et soluuntur omnes isti paralogismi negando consequentiam: quia propter similitudinem aliquarum dictionum in modo significandi non sequitur conuenientia earum in significato vel in alio modo significandi.

Quarto sciendum quod tertius modus sumitur quando propter similitudinem duarum dictionum in significatione creditur conuenientia earum in modo significandi. Exemplum vt omne animal est album: plato est animal. ergo plato est album. ibi propter conuenientiam platonis et animalis in significato infertur conuenientia eorum in genere. Similiter hic: omnis petra est alba: lapis est petra. ergo lapis est alba. Similiter homines homines currunt sortes est homo. ergo sortes currunt: ibi propter similem significationem sortis et hominis infertur similitudo eorum in modo significandi qui est numerus. Similiter hic: animal est sortes animal est plato: et sic de aliis. ergo animal est omnis homo: ibi propter conuenientiam animalis cum sorte et platone in antecedente creditur quod habeat similem suppositionem in antecedente et consequente et tamen arguitur a pluribus suppositionibus determinatis ad vnam determinatam respectu huius termini animal. Et soluuntur paralogismi negando consequentiam: quia propter similem significationem duarum dictionum non sequitur conuenientia in quolibet modo significandi. Et cum dicitur in textu quod iste modus prouenit ex diuersa suppositione per diuersam suppositionem intelligitur diuersitas in aliis modis significandi. vnde in hoc modo apparentia sumitur a simili significatione dictionum: et causa defectus sumitur ex dissimili modo significandi.

Ad argumenta Ad primū dr̄ q̄ l3 idē ſm rem z voces ſimul nō habeat apparētiā ad pbādum ſeipſu3. tñ idē ſm rem z differēs ſm vocē z ratione bñ h3 apparētiam pbādi ſeipſū in quātū videt magis notu3 ſub vno nomine q̄3 ſub alio. Ad ſcdm dr̄ q̄ licet in paralogiſmis hui⁹ fallatie premiſſe ſunt ſm ſe pbabiles: nō tñ ſunt pbatiue cōcluſionis qd tñ requirit ad ſyllogiſmū pbatiuū requirit. n. q̄ habeat pmiſſas ſm ſe pbabiles z q̄ ille pmiſſe habeant virtutē pbandi cōcluſionē: ideo iſti paralogiſmi peccant in pbatione. Ad tertiū dr̄ q̄ ab eodē modo cōſiderato z reſpectu eiuſdem non ſumitur locus dialecticus z ſophiſticus. ſed bene ab eodem diuerſimode cōſiderato modo diffinitio diuerſimode cōſideratur vt ab ipſa ſumit loc⁹ dialecticus z ſophiſticus. z ſimiliter totu3 in quantitate. Ad quartū dicit q̄ arguēdo a diuiſis ad cōiuncta indebite ex parte illationis eſt fallatia accidētis: ex parte vo pbatiōis eſt fallatia petitionis pncipij. z hoc nō eſt incōueniens. ſ. q̄ in eodem paralogiſmo ſint plures fallatie ſm diuerſas rōes. Ad q̄ntu3 dicitur. q̄ cōmittit quartus modus z l3 albedo z nigredo ſub rōnib⁹ proprijs nō ſunt relatiua: tamen q̄tu3 ad intētiōes ꝯrioꝝ poſſunt dici relatiua ſm dicere: iō ibi vnū relatiuū petitur in alio.

De fallatia cōſequentis dicendu3 eſt: ſ3 cōſe-

quens sunt paralogismi: eo ꝙ credim⁹ ꝯñam cōuerti que nō cōuertit. Fallatia ꝯsequentis est idoneitas decipiendi ꝓueniens ex apparentia ꝯseq̄ntie ꝯuerse q̄ nō conuertit. Causa apparētie hui⁹ fallatie est cōuenientia vni⁹ cōsequentie vere ad aliā nō verā. Causa falsitatis est diuersitas earūdem. Et sciendū ꝙ bene tenet argumentū a positione añtis ad positiōez cōsequentis. Hui⁹ fallatie tres sunt modi. Primus modus ē quādo arguitur a destructione añtis ad destructionez ꝯsequentis: vt si hō est aial est. ergo si hō non est aial n̄ ē. Uel a positiōe ꝯñtis: ad pōnē añtis vt si mel ē rubeū est: ergo si rubeū est mel est. Ad istuz enī modum rēducunt oēs parue argumentatiōes ab inferiori ad suplus destructiue. Uñ quotienscunqz fit ꝓcessus ab inferiori ad superius cum distributione superiorūz: vt ois hō currit: ergo omne aial currit. Ibi cōmittit ista fallatia: vt nullus hō currit: ergo nulluz animal currit. Secundus mod⁹ solet poni ab insufficienti iductione singularium: vt sortes est aial ⁊ ecōuerso: plato est aīal ⁊ ecōuerso: ergo ois hō est animal ⁊ ecōuerso. hic enumerantur oīa singularia illius ois homo⁹ est animal ⁊ non huius. omne animal est homo. q̄ significat per cōpositionem huius: qđ est ecōuerso ad hanc: omnis hō est animal. Tertius mod⁹ ꝓuenit a communiter accūtib⁹. Et dicūtur cōiter accūtia q̄ se aliqñ cōsequunt ⁊ aliquando nō. vt iste est cōpt⁹: ergo est adulter. Silr musa ⁊ poeta silr terminat sed musa est feminini generis: ergo ⁊ poeta: nō sequitur: qz identitas gñis ⁊ terminationis aliquādo se sequūt ⁊ aliqñ nō eo ꝙ nō est in oibus sz i aliquib⁹. Si aliquis dicat ꝙ i hoc vltimo tertio mō non tacet ecōuerso: vñ ibi nō est consequentia. dicendum est ꝙ ergo secundū quosdā sumitur cōseq̄ntia a cōiter accidentib⁹ ad cōseq̄ntiaz necessariā ⁊ probabilez. ⁊ in istis nō sumitur conseq̄ntia necessaria est probabilis. Taliter autem ordināt isti modi ab Aristotele isto modo ordinato.

¶ Postq̄z superius determinatū est de fallatia petitiōis principii hic ꝯsiter determinatur de fallatia ꝯsequentis rōne cuius primo diffinit auctor antecedens ⁊ ꝯñs dicens ꝙ añs est cathegorica vł ipothetica qua ꝯñs infert. Sz ꝯsequens est ꝯclusio que īfertur ex añte: ꝙ ꝓuenit ex eo ꝙ añs includitur actu vel itellectu in añte ideo simul sequitur ad ipsū añs ⁊ habitudo denominans illā sequelam vocatur ꝯñs: ⁊ diuiditur ꝑ ꝯñaz simplicem ⁊ ꝯsequētiam cōpositā. Simplex ē quando ex vno solo añte infertur vnum consequens. Sz ꝯña cōposita quattuor modis intelligit fieri. Primo modo quando facta aliqua ꝯña arguitur a positione añtis ad positionem consequentis. Secundo modo quando ir⁹ aliqua consequentia arguit a destructiōe ꝯñtis ad destructionē añtis: ⁊ istis duobus modis dbite fit ꝯña ꝯposita. Tertio mō qñ facta vī ꝯña arguit a dstructiōe añtis ad destructionē ꝯñtis. Quarto mō qñ arguit a pōne ꝯñtis ad positiōez añtis: ⁊ istis duobus modis nō valet ꝯña cōposita sed male conuertit cōsequētia ꝑus facta qz ꝯuertitur aliter quam deberet conuerti. et secundum hoc causatur fallatia consequentis.

Primo sciēdū: ꝙ cā apparentie hui⁹ fallatie ē apparēs ꝯuertibilitas ꝯñtis cum añte rōne cuius credit ꝙ bene ꝯuertat ꝯña q̄ tñ nō cōuertit. Sz cā defect⁹ est diuersitas ꝯñtis ⁊ añtis ꝓpter q̄z n̄ cōuertūtur inter se: ⁊ secundū h sic diffinit h fallatia ꝯñtis ꝙ ē idoneitas decipēdi ꝓueiēs ex appētie cōuertibilitate ꝯñtis cū añte: ⁊ semꝑ fit vt dicit Aristo. quando credim⁹ ꝯñaz conuerti q̄ tñ nō conuertit. Et q̄uis in hac fallatia repiant añs ⁊ cōseq̄ns magis dicit fallatia ꝯñtis q̄z añtis eo qđ in paralogismus huius fallatie semꝑ arguit equiualēter a positiōe ꝯsequentis ad positiōez añcedētis lz cū arguatur a negatione antecedentis ad negatiōez ꝯsequentis qz tamē illa negatio antecedētis se habet vt ꝯñs ad negationem ꝯsequentis ideo ibi igitur equiualenter a positione consequentis ad positionem antecedentis.

Secundo sciendum: ꝙ hui⁹ fallatie sūt tres modi. Prim⁹ est qñ arguit a destructione añcedentis ad destructionē ꝯñtis: vł a pōne ꝯseq̄ntis ad positionez añtis. Exemplum ꝑmi: si hō est aial ē. ḡ si nō est homo nō ē aial. nō sequit: qz ad negationē añtis nō sequit negatio cōsequentis ⁊ rō ē qz añs ē inferi⁹ ⁊ minus cōe. ꝯñs vō se hz vt superius ⁊ magis cōe mō destructo inferiori ⁊ minus cōi. nō opz destrui: superi⁹ ⁊ magis commune: qz illud potest manere in aliis inferioribus ei⁹. Exemplum secundi si pluit terra est madida. ergo si terra est madida pluit. nō sequit qz ad positionem cōsequentis quod est superius ⁊ magis commune: non sequitur positio antecedētis: quod est īferius ⁊ min⁹ cōmune.

Tertio sciendū ꝙ secūdus mod⁹ fit arguendo ab īsufficienti nūero singularium: vt hic. sor. currit: plato currit ⁊ ḡ ois hō currit. vel sic. sor. est animal ⁊ ecōuerso plato est animal ⁊ ecōuerso: ⁊ sic est ꝺ aliis ergo ois hō est animal ⁊ ecōuerso: nō sequit: qz lz enūerentur sufficienter oēs singulares illius vlis omnis hō ē animal nō tamen isti⁹. oē animal est hō; q̄ tñ intelligitur cū dicit ⁊ ecōuerso. ⁊ hoc si conuersio dicat conuersionē simplicem: qz si diceret cōuersionē ꝑ accidens bene sequeretur qz hec esset vā ois hō est aial ⁊ ecōuerso aliqđ aial ē hō. qz tū analogū ꝑ se positum stat ꝓ famosiori significato nō ecōuerso magis tenet vt dicit ꝯuersiōez simplicē.

Quarto sciendum ꝙ tertius mod⁹ fit arguendo a ꝯmuniter accūtibus q̄ ꝯtingēter se cōsequūt i aliquo subiecto non tamen de necessitate se consequūtur vt hic. sor. est magn⁹ ergo sortes est fortis vł sor. est pulcer. ergo sortes: est bonus: nō sequitur ꝙ lz talia accidentia qñqz sese cōsequantur in aliquo sbto. nō tamen ꝺ necessitate se consequūt semꝑ. ⁊ lz in isto mō arguendi ⁊ in ꝑcedenti nō conuertat aliqua ꝯña actualiter ꝓposita tamen sbintelligitur vna iplicite q̄ ꝯuertit i istis modis. Et istorū modoꝝ sic potest haberi sufficientia qz in fallatia ꝯñtis sumit cā apparentie ex apparenti ꝯuertibilitate ꝯñtis ⁊ añtis: vel ergo illa cōuertibilitas est apparēs rōe ꝯñtia facte: ⁊ sic est ꝑmus modus: vł ꝓpter habitudinem terminorūz: ⁊ hoc dupli: vel sumit ex habitudie singularium ad vlē: ⁊ sic ē secund⁹ mod⁹: vel ex cōuenientia añtiuz q̄ ꝯtigēter ꝯueniūt in eodē sbo: ⁊ sic est tertius modus.

Sed contra predicta arguitur primo sic. cōuersio est passio propositionis. ergo soli propositioni cōuenit: quare ista fallatia non fit per hoc quod aliqua consequentia conuertatur. ¶ Secundo sic: consequens actu ⁊ intellectu includitur in añcedente: ergo destructo antecedente destruitur consequēs ⁊ sic valet consequentia a destructione antecedentis ad ꝺstructionem consequentis. ¶ Tertio sic posito posteriori necessario ponitur prius sed consequens posterius est añte. ergo posito consequente necessario ponitur antecedēns qđ est contra primū modū huius fallatie. ¶ Quarto sic singularia alicuius vlis nō sufficienter enumerata

sequuntur sunt vl.:ergo arguendo ab in sufficienti numero singularium arguit a positione cōsequentis ad positionē antecedentis: et p consequēs scdus modus nō distinguit a primo. ¶ Quinto sic:arguendo a cōiter accidentibus est bonus loc⁹ dialecticus: ergo sic arguendo non sumit tertius modus huius fallacie.

Ad argumenta.

Ad primum dicitur: q si capiat ɔuersio put ē mutatio pdicati i subiectū et cō:sic est passio ꝓpōnis sibi soli cōueniens. si capiatur p mutatione añcedētis in ɔsequēs et ecōtra:sic nō est passio ꝓpositionis sed passio ɔsequētie et hoc mō ɔsia bene ɔuertitur. ¶ Ad secundū dicit:q destructo antecedente bene destruit cōsequens p ratiō, fm eē q habet in tali antecedente:sz nō destruit vl̄i et secūduz se totū:q2 potest manere in aliis:ideo ex destructōe antecedentis non pōt inferri destructio ɔñtis. ¶ Ad tertiū dicitur:q licet secūdum illationem ɔsequens sit posteri⁹ āteceden te:tñ fz naturā et ambitū cōicatis ɔñs est prius añcedente. ¶ Ad quartū dr.qd lz i ſo modo arguatur a positione cōsequentis ad positōem añcedentis:tñ ibi nō sumit cā apparentie ɔuertibilitatis i ɔne cōsequētie pus facte sicut i pmo mō. ¶ Ad qntū dr:qd arguēdo a cōiter accidentibus q se necessario cōsequuntur bene est locus dialecticus:sed arguendo ab his q contigenter se cōsequunt: sic ē tertius modus huius fallacie.

¶ Sequitur de fallacia fm nō causam vt causam. Ad cuius euidentiam sciendum q duplex est similis.s. ostensiu⁹ et ad impossibile. Ostēsiu⁹ est q hz vnā solam conclusionem. Sillogism⁹ vo ad ipossibile est qñ aliqs sillogistice ducit ad ipossibile et pp hoc interimitur aliq pmissarū q erat cā illius impossibilis. Unde iste sillogism⁹ semp habet duas cōclusiões: vt cū dicit: ē ne hō asin⁹ hoc ɔcesso. Cōtra:null⁹ asinus ē aial rationale mortale. hō est asinus:ergo hō non est aial rationale mortale:sed hoc impossibile: ergo et ista: hō ē asinus et iste sillogismus est in qrto mō figure. Sciēdum ē eni q nō causa vt causa semp sit i sillogismo ad ipossibille. Fallacia aūt fm nō cāz vt cāz fit quando non causa ponit vt causa: et ppter hoc apparet sequi ipossibile: et illud quod apparet esse causa interimitur: vt si queratur: est ne brunellus hō: quo cōcesso nullus asinus est animal rationale mortale: sed hō est asinus et brunellus est homo ergo homo non est animal rationale: hoc aūt est impossibile: ergo brunellus non ē hō. In hac eni dicta argumentatione nō est causa vt causa: q2 interimitur id quod apparet eē cā et nō ē.s. brunell⁹ est homo. Causa apparentie est conueniētia hui⁹ quod apparet eē cā et nō est cuz eo quod est causa. Causa falsitatis ē diuersitas eorundē. tale enim exemplum ponit Aristoteles hui⁹ fallatie: vt querendo sic: sūt ne anima et vita idem: quo cōcesso. Contra mors et vita sunt cōtraria: sed mors ē corruptio: ergo vita generatio: et per consequens viuere et generari: sed hoc est ipossibile: q2 quicqd viuit non generatur sed generatum est: ergo aia et vita sunt idem. Hec conclusio peccat secundū fallaciam secundum nō causā: vt cāz q2 ex hoc eni q anima et vita sunt idem non sequit impossibile: et ita nō debet interimi: sed ista. mors et vita sunt contraria: q2 in omnibus his id quod nō est causa apparet esse causa: quia cōmunicat in terminis cū aliquibus propositionibus ex quibus sequitur impossibile. Ex istis patet quod ista fallacia non fit sillogismo ostēsiuo: vt omnis homo currit: sortes est homo: et sol est in cancro: ergo sortes currit. hec non est fallacia non cause vt cause: quia hec propositio: sol est in cancro. nō ē causa neqz apparet esse causa sicut apparet in sillogismo ad impossibile.

¶ Postqz auctor dterminauit de fallatia ɔsequentis: hic determinat de fallatia fz nō causaz ut cām. et quia ista fallatia non fit in sillogismo ostēsiuo. sz in sillogismo ad ipossibile. io anteqz auctor ostendat causas huius fallatie premittit vnā diuisionē sillogismi dicēs. q sillogismus diuidit per sillogismuz ostēsiuuz: et ad impossibile. et dicit sillogism⁹ ostensiuus q vnico pcessu ex duabus premissis infert suā ɔclusionē. Sz sills ad ipossibile est q ex duabus premissis vna manifeste va et alia māifeste falsa ifert vnuz manifeste falsuz: pp cuius falsitatem interimitur aliqua premissaruz: et sic ibi sunt plures processus et ē plures ɔclusiones: et fm hoc differunt multipliciter sillis ostensiu⁹: et ad impossibile: q2 in sillogismo ad impossibile sunt plures pcessus et plures cōclusiones. in alio vo est tm̄ vnus pcessus et vna conclusio. Et q2 sillogismus ostēsiuus pōt esse taz ex veris qz ex falsis. sed sillogismus ad ipossibile sp habet aliquaz pmissaz falsam. aliter nunqz cōcluderet falsum. vt hic: omne animal est asinus. omnis homo est animal. ergo omnis homo est asinus: ɔclusio ē falsa. ergo aliqua premissarum. nō minor. ergo maior. et fm talem processum quādo interimitur aliqua premissarum cōmittitur presens fallatia.

Primo sciendū qđ premissa cā est que necessario facit ad illationem cōclusionis: et qua remota n ō amplius sequtur cōclusio in tali mō arguēdi. Et p oppositū pmissa nō causa est q conuenit in subiecto vel predicato cū aliqua premissarū i sillogismi: q numerata cuz aliis nullo mō facit ad illationē cōclusionis: et ipsa posita vel remota nihilominus ex aliis premissis i tali modo arguendi sequitur conclusio: vt hic ois. asinus est rudibilis. oē aial ē asinus: oīs hō ē aial. ergo ois hō ē asinus. alla ꝓpositio ois asinus ē rudibilis. ex pte sui subiecti ɔuenit cū maiore et adhuc ipsa remota codē modo sequeretur cōclusio. Ex quo patet q ad nō cām vt cām duo requiruntur. Primo q talis premissa nō sit cā cōclusiōis. Secūdo qđ habeat appaentiā cause, ppter hoc qđ cōuenit cū aliis pmissis: adeo si i sillogismo ponatur aliqua premissa nō causa que nō cōuenit i subiecto vel predicato cū aliqua premissarū ibi non erit, nō cā vt cā: lz ibi ponatur sit nō propter hoc accidere falsum.

Secundo sciendum qđ cā appaētie huius fallatie est cōuenientia premisse nō cāe cum premissa causa in subiecto vel predicato: propter quā credimus quod sicut premissa causa facit ad illatōem conclusionis false: ita premissa non cā inferat talem conclusionem. et propter hoc debeat interimi. Et eius causa defectus est diuersitas premisse non cause ab aliis. Et secundum hoc sic diffinitur hec fallatia quod est idoneitas decipiendi prouenens ex appaenti conuenientia premisse non cause cum premissa causa. Ex quibus appaet q hic non committitur fallatia non cause ut cause: sol est in cancro: omne animal ē asinus. omnis homo est animal. ergo omnis homo est asinus. conclusio est falsa. ergo aliqua premissarum. et non nisi ista. Sol est in cancro. illa enim premissa non causa non conuenit i subiecto uel predicato cuz aliis pmissis: io ibi non ē causa appētie huius fallatie.

Tertio sciendum q̄ hec fallacia sicut dictū ē prius semper i syllogismo ad impossibile habet fieri. Cuius ratio est. q: hec fallacia cōmittitur qñ ex falsitate ꝯclusiōis fit male regressus ad interimendū aliquā ꝑmissarum. q: interimitē vna premissa que non erat causa falsitatis conclusionis: sed talis regressus a falsitate cōclusionis ad interimendū aliquam premissaꝝ solum fit i syllogismo ad impossibile: ꝛ non in syllogismo ostensiuo: ideo ista fallacia tm̄ fit in syllogismo ad impossibile: ideo dicit Aristo. in secundo ꝑrioꝝ: q̄ semper in syllogismo ad impossibile supfluit vna pmissa que nullo mō facit ad illationē conclusiōis: ꝛ per hoc differt hec fallacia ab omnib⁹ alijs. ꝗ etiam per suas causas apparentie ꝛ defect⁹.

Quarto sciendum: q̄ huius fallatie possunt assignari duo modi. Primus modus ē qñ premissa non ex parte subiecti: conuenit cum premissa cā: vt hic omnis asinus est rudibilis: omne animal est asin⁹: omnis homo est animal: ergo omnis homo est asinus cōclusio est falsa: ergo aliqua est ꝑmissaꝝ ꝛ non nisi ista: oīs asinus est rudibilis: vnde male fit regressus a falsitate cōclusionis: cum falsitas conclusionis ibi veniat ex parte huius propositionis: omne animal est asinus. Secūdus modus prouenit ex conuenientia premisse non cause in predicato cum premissa causa: vt omne animal est asinus: omnis equus est animal: omnis homo ē animal: ergo omnis homo est asinus: conclusio est falsa: ergo aliqua premissarū: ꝛ non nisi ista: omnis equus est animal.

Sed cōtra predicta arguitur ꝑmo sic: omnis syllogismus est ostensiuus: quia ostendit aliquam conclusionem: ergo syllogismus ad impossibile est ostēsiuus: quare diuisio illa est insufficiēs. ¶ Secundo sic. in omni fallacia est non causa vt causa. cū i qualibet antecedens videatur esse causa ꝯsequentis. ꝫ tm̄ non sit. ergo ꝑm non causam vt causam nō sumitur aliqua specialis fallacia. ¶ Tertio sic. sicut se habent ens ꝛ nō ens. ita causa ꝛ non causa. sed ens ꝛ non ens nullo modo conueniunt. ꝗ nec cā ꝛ nō cā. quare causa apparentie hui⁹ fallacie non est conuenientia non cause cum causa. ¶ Quarto sic. bonus syllogismus simpliciter ꝛ fallacia non possūt esse simul in eodem. sed vbi est nō causa vt causa ibi ē bonus syllogismus simpliciter. ergo ibi nō est fallacia ex cōuenientia non cause ꝛ cause. ¶ Quinto sic. ista fallacia ꝑuenit ex parte premisse non cause. sed illa semper ponitur in primo discursu syllogismi ad impossibile. qui est ostensiuus. ergo in illo cōmittitur ista fallacia.

Ad argumenta Ad primum istorum dr̄ q̄ licet sillogismus ad impossibile ꝑm primum processū eius sit ostensiuus: nō tm̄ ꝑm totū eius processū: q: ille ꝓcessus ꝑmus finaliter ordinatur ad interimēdū aliquā premissarū eius ex falsitate cōclusionis. ¶ Ad secūdū dicitr: q̄ si nō capiatr cā vl cā generaliter pro omni illo qd̄ hꝫ modū nō cause vl cause: sic in qlibet fallacia reperitr nō causa vt causa: sed si capiatr spālier sicut prius diffinita est sic solū reperitr in ista fallacia. ¶ Ad tertiū dicitur: q̄ l3 causa ꝛ non causa formaliter accepte q̄tum ad istas intentiones non conueniant inter se tamen materialiter capte pro premissis simul bene possunt conuenire in subiecto vel predicato. ¶ Ad quartum dicitur: q̄ ista fallacia non cōmittitur in primo processu sillogismi ad impossibile: sed in vltima illatione quando interimitur premissa que non debet interimi: ꝛ sic ꝑm diuersa est ibi syllogismus ꝛ fallacia. ¶ Ad quintū dr̄: q̄ l3 premissa non causa ponatur in primo processu sillogismi ad impossibile: ꝛ ibi sit causa apparentie huius fallacie. tamen ibi non cōmittitur defectus nisi in vltimo ꝓcessu destruendo premissam que nō est causa cōclusionis: et ꝑm illū ꝓcessū talis sillogismus dicitur ad impossibile.

¶ Propositio plures est illa in qua plura predicantur de pluribus: vel plura de vno: vel vnū de pluribus: vt sortes currit ꝛ disputat. vel sic: est ne hic vel hic hō demonstrato sorte ꝛ brunello: vel sortes ꝛ plato currunt ꝛ disputant. Propositio vna autem est in qua vnum predicatur de vno ꝛ hoc quadrupliciter: siue vnum numero: vt homo est risibilis: siue vnum specie: vt sortes est homo. siue vnum genere: vt sortes est animal. siue vnum ꝑm prius ꝛ posterius vt homo est ens: animal est sanum: siue predicantur plura ex quibus fit vnum: vt homo est animal rationale mortale Secundum plures interrogationes fiunt paralogismi quando ad interrogationes plures datur vna respōsio. Causa apparentie huius fallacie est vnitas interrogationis complexe. ¶ Causa falsitatis est pluralitas ipsius. Duo sunt mōi huius fallacie. Primus modus est quando plura in singulari numero subijciuntur: vel predicātur: vt hic: est ne hic ꝛ hic homo: demonstrato sorte ꝛ brunello. si dicatur sic: ergo brunellus est homo. si non. ergo sortes non est homo. Non enim bene respondit quando fecit responsionem vnaꝫ ad interrogationem plures: sed debet respōdere verum est pro vno ꝛ falsum est pro alio. Secundus modus ē quando plura in plurali numero subijciuntur vel predicantur: vt sunt ne ista bona vel non bona: demonstratis bono ꝛ non bono. si dicit bona. ergo bonum est malum. si non bona. ergo bonum non est bonum: debuisset enī respondere bonum est bonum: ꝛ malum est malum. Si autem concedat aliquis homo dari diffinitiōes simili modo in singulari ꝛ in plurali: vt cecuꝫ ē aptum natuꝫ videre ꝛ nō videt: ꝛ ceca sunt apta nata videre ꝛ non vident: nō effugiet redargutioneꝫ demonstrato vno ceco ꝛ altero vidente: ꝛ dicatur sic: sunt ne illa ceca. si ceca. ergo illud est cecū demonstrato vno vidente. non enim dicebat illum esse cecum ꝛ illum esse videntem: sed dabat vnā responsionem eo q̄ concessit q̄ silis daretur diffinitio in singulari numero ꝛ ī plurali.

¶ Postq̄ꝫ auctor determinauit de fallacia ꝑm nō causaꝫ vt causam. Hic consequenter determinat de fallacia ꝑm plures interrogationes vt vnam. Et ad ostendendum qd̄ sit interrogatio plures ipsam primo sic diffinit. Propositio plures est in qua predicantur plura de vno vel vnuꝫ de pluribus vel plura de pluribus. Exemplum primi: vt sor. currit ꝛ mouetr. Exēplum scdi. vt sortes ꝛ plato currunt. Exemplum tertii. vt sortes ꝛ plato currunt ꝛ disputant. Et dicitr talis ꝓpositio plures q: designātur plures habitudines cōpositionis predicati cum subiecto: ꝛ illa ꝓpositio non hꝫ tm̄ vnum significatum: sed plura. Et ꝑ oppositum ꝓpositio vna est in qua predicatur vnum de vno siue illud sit vnum in numero: vt sor. est iste hō: siue sit vnū in specie. vt sor. est homo. siue vnum in genere: vt sortes ē animal: siue vnum in analogia vt sortes est ens. Et quandoqꝫ ponuntur plures dictiones que se hñt vt determinatio ꝛ determinabile ꝛ faciunt vnū in numero: ꝛ tūc ꝓpō est vna simplir: vt sortes est hō albus: ꝛ sortes est aial rōnale:

Primo sciēdū q̄ enūciatio ꝓpō ꝛ iterrogatio sūt idē ꝑm rē: l3 rōne differant: q: dr̄ enūcia

tio vt est significatiua veri vel falsi absolute: ⁊ ꝓpositio vt est alterius ostensiua. ⁊ ponitur ꝓ alio. s. ꝓ conclusione inferenda. Sꝫ vꝫ interrogatio ꝓ q̄sito sumit cū signo interrogatiuo. ⁊ q: sunt idem realiter ꝓpō ⁊ interrogatio. ideo sicut aliqua est ꝓpō vna ⁊ aliqua plures. ita etiā est q̄dā interrogatio vna in qua interrogatur vnū de vno. ⁊ q̄dā interrogatio plures in qua interrogant plura de vno: vel vnū de pluribus: vel plura de pluribus dupliciter tñ p̄t fieri interrogatio plures: vno mō ꝑm significata tm̄: vt dicēdo utrū canis currit. ⁊ talis interrogatio plures causat equocationē vel amphibologiā. Alia aūt ē interrogatio plures ꝑm voces ⁊ significata simul: ut ē ne sor. ⁊ brunell⁹ hō: ⁊ illa cāt istā fallaciā: ⁊ de tali ē h̄ ad ꝓpositū.

Secundo sciēdū q̄ causa apparētie hui⁹ fallacie est ꝯuenientia interrogatōis plures ad interrogationē vnā. Rōne cui⁹ credim⁹ q̄ sicut ad interrogationē vnā dat tm̄ vna r̄nsio q̄ etiā ad interrogationē plures sit tm̄ dāda vna r̄nsio: ⁊ nō dꝫ attēdi ista cōueniētia solū ex parte vocis: sꝫ etiā ex p̄te rer̄ interrogatar̄ q̄ in interrogatione plures accipiūtur ꝑ modū vni⁹. Sed cā defectus huius fallacie ē diuersitas interrogatorū ⁊ significatorū interrogationis plures: ⁊ ꝑm hoc sic diffinitur h̄ fallacia q̄ ē idoneitas decipiēdi ꝓueniēs ex cōuenientia interrogationis plures ad interrogationē vnam.

Tertio sciendū q̄ hui⁹ fallacie sunt duo modi. primus ē qñ in interrogatione plures plurali singulari numero subiciuntur vel p̄dicātur. vt si queraꝶ. est ne sor. ⁊ brunellus hō: si detꝶ vna r̄nsio affirmatiua tūc inferꝶ q̄ brunellus est hō: ⁊ si negatiua tūc inferꝶ q̄ brunellus est hō: ⁊ si negatiua tūc inferꝶ q̄ sor. nō est hō. Secundus modus est qñ in tali interrogatiōe plura subiciuntur vel predicantur i plurali numero: vt demonstrato vno ceco ⁊ vno vidente si queraꝶ utrū isti duo sūt ceci vl' videntes. si dicatur q̄ sic tūc infertur. ğ cecus ē videns. si dicaꝶ q̄ nō: tūc īfertur. ğ videns nō videt. Et ita si respondens det vnicā r̄nsionē semꝑ ducetur ad aliq̄ʒ methan vere vl' apparēter. vn̄ nō dꝫ dari vnica r̄nsio: sꝫ plēs dicendo de demūstrato ceco q̄ ipse nō videt ⁊ demūstrato vidēte q̄ videt.

Quarto sciendū q̄ ista fallacia ꝑ prius causat deceptionem interrogando ꝓpositiones plures q̄ʒ paralogizando: q: ibi fit deceptio respondentis qñ ad interrogationē plures dat solūmō vnicaʒ r̄nsionē ⁊ si nō detꝶ vnā respōsionē nō potest ꝑalogizari ꝑm paralogismos hui⁹ fallacie q̄uis illa r̄nsio nō sit de eēntia hui⁹ fallacie vl' paralogismor̄: sꝫ est cā sine qua nō fieret deceptio. Et qñ r̄ndens ad talem interrogationē dat vnā r̄nsionem pōt duci vere vl' apparente ad incōueniēs: q: interrogatio plēs est vera ꝑ vtraq̄ʒ p̄te: vl' falsa ꝑ vtraq̄ʒ p̄te vl' vera ꝑ vna ⁊ falsa ꝑ alia. si sit vera ꝑ vtraq̄ʒ p̄te: tūc si r̄ndēs respondet negatiue potest duci vere ad redarguitionem: ⁊ si affirmatiue ducetur apparenter ad icōueniēs: q: videbitur ignorare multiplicitatē interrogator̄. si sit falsa ꝑ vtraq̄ʒ parte sic fit ecōuerso. ⁊ si in parte vera ⁊ ī p̄te falsa: tūc si r̄ndēs det vnā r̄nsionē affirmatiue concedit equalenter vnā copulatiuā cui⁹ altera ps est falsa: ⁊ sic vere ducitur ad redarguationem. ⁊ si det vnā responsionem negatiue: tunc negat equiualenter vnaʒ copulatiuam: cuius altera pars est vera: ⁊ sic ducetur apparēter tm̄ ad conueniens.

Contra predicta arguiꝶ p̄mo sic. i ista. ōis hō currit p̄dicaꝶ vnū d̄ pluribus: ⁊ ibi nō est ꝓpō plēs. ğ ꝫ diffinitiōeʒ ei⁹. ¶ Secundo sic. ista. sor. currit ⁊ plato disputat. ē vna copulatiua. ğ est ꝓpō ꝯiunctione vna. ⁊ p ꝯñs male dem̄ est q̄ sit ꝓpositio plēs. ¶ Tertio sic. i ista sor. ē hō ⁊ asin⁹ p̄dicaꝶ vnū igr̄ d̄ vno: ⁊ tñ ibi nō ē ꝓpō vna ğ ꝯtra diffinitiōeʒ. ¶ Quarto sic. q̄cūq̄ʒ sūt plura sunt in plurali numero ğ plura nunq̄ʒ subiciunꝶ in singulari numero nec predicantur. ⁊ per ꝯñs male ponitur p̄mus mod⁹ huius fallacie. ¶ Quinto sic. tot sūt modi h⁹ fallacie quot modis fit interrogatio plures: sꝫ interogatio plures fit trib⁹ modis. vt pꝫ ex diffōne eius. ğ male ponunꝶ tantum duo modi huius fallacie.

Ad argumenta. ¶ Ad primum dicitꝶ. q̄ in ista. omnis homo currit. p̄dicatur vnum de pluribus acceptis ꝑ modū vni⁹: q: homo ibi tenetur pro omnibus p̄ticularibus: hominib⁹ in q̄ntuʒ ꝯtineꝶ s̄b suo significato cōi q̄d ē hūanitas: sꝫ ibi nō p̄dicatur vnum de plurib⁹ acceptis ꝑ modū plurium vn̄ illud q̄ s̄biciꝶ ibi est vnum. lꝫ supposita pro q̄b⁹ teneꝶ sint diuisa. Ad secundum dꝫ. q̄ lꝫ copulatiua sit aliq̄ mō vna. s. cōiunctione. ⁊ secundūʒ quid. est tamen simpliciter plures: q: affirmat plures cathegoricas sil' quarum vna potest esse vera ⁊ alia falsa. ⁊ simili modo est d̄ conditionali ⁊ disiunctiua. ¶ Ad tertium dicitur. q̄ licet homo ⁊ asinus sint unum in genere: tamen in illa ꝓpositione. sor. est homo ⁊ asinus non. enumerantur ꝑ modum vnius in genere sed per modum diuersorum in specie. ideo ibi est propositio plēs. ¶ Ad quartum istorū dicitur. q̄ si capiatur numerus plural' vt est passio rerum: quecunq̄ʒ sūt plura sunt in plurali numero: sꝫ si capiatur vt est passio terminorum singularium ⁊ est vnus modus significandi: sic plura p̄nt accipi in singulari numero ⁊ non semꝑ i plurali. ¶ Ad quintum istorum argumentorum dicitur. q̄ lꝫ i speciali possint eē tres modi huius fallacie vl' etiam plures trib⁹: tñ in generali sunt tm̄ illi duo modi p̄us positi s̄b quibus omnes alii speciales modi ꝯtinentur: quolibꝫ enim illorum tripliciter fit variatatio paralogismorum secundum triplicem modum interrogationis plures.

¶ Post hec autem reducēduʒ est oēs fallacias ad ignorantiam elenchi. Reducere autē omnes ad ignorantiam elēchi ē ostendere qualiter fallacia quelibet peccat contra aliquam particulam in diffinitione elēchi positam: aut ratione syllogismi aut contradictionis. Sicut eniʒ differētia adueniens generi constituit speciem: ita ratio cōtradictionis adueniēs syllogismo ꝯstituit elenchuʒ. Unde quicq̄d est in elēcho: aut in eo ratiōe cōtradictionis: aut ratione syllogismi. Dicit eīʒ Aristotiles. q̄ diuidendum est oēs syllogismos apparentes ⁊ elenchos: aut omnes reducenduʒ est ad ignorantiam elenchi. Equiuocatio ⁊ amphibologia ⁊ figura dictionis reducuntur ad ignorantiā elenchi: eo q̄ duplex eē īpedit syllogismū ⁊ cōtradictionē. Sꝫ compositio ⁊ diuisio accentus reducuntur ad ignorātiam elēchi: in eo q̄ non est oratio eadē vl' idē nomē: sꝫ differēs: oportet āt hoc. s. nomē ⁊ rōnē esse eadē quemadmodum ⁊ rem, si debeat esse elēchus. Qui vero scdm accidēs sūt manifeste sūt diffinitio syllogismo: q: sūt ꝯtra p̄ticulam in diffinitione elenchi positam. s. necesse est aliud accidere ꝑ ea que posita sunt ⁊ concessa. Et secundum hanc fallaciā q̄ ē secūdū accidens artifices ⁊ scientes sepe ab inscijs redarguuntur facientib⁹ syllogismos ꝯtra sapiētes: nā scdꝫ accidēs faciūt syllgismos apparētes. Qui vero fiunt scdꝫ q̄d ad simpliciter reducunꝶ ad ignorātiā elēchi: q̄m de eodeʒ nō ē affirmatio ⁊ negatio: vt ethiops ē alb⁹ ꝑm dentes: ergo est albus. Manifesti autēʒ sunt syllogismi qui p̄us dicti sunt ⁊ equales nuncupantur. Qui vero fiunt secundum id q̄ petitur in principio et non causam vt causam

peccant manifeste ɔtra diffinitionem sillogismi: q: in sillogismo oportet sequi aliud de necessitate: ꝙ nō erat in pricipio: ꝛ sic opʒ ꝙ premisse sint causa conclusionis sillogismi. Qui vero secundum ɔsequēs reducunt̄ sicut illi qui fiūt secūdū accñs. Qui secūdū plures interrogaciōes vt vnā reducūt̄ ad elenchū: eo ꝙ peccāt ɔtra vnitatē ꝓpōnis. Ibi.n.nō sūt ꝓpositio: vna: ꝛ ꝑ ɔñs nec ꝓpositio vnā eadē ē dictō vnꝰ rei ꝛ rei: vt hois ꝛ vnius homīnis: simile aūt ē in alijs. Unde ꝓpositio vna vnū de vno affirmat: ſʒ non ē ita in ꝓpositione plures: in qua predicāt̄ plura de vno vel vnuʒ de pluribꝰ ꝛ ꝑꝑ hoc peccant cōtra vnitatem propositionis. Item omnes fallacie in dictiōe ꝛ secundum qd ad simpliciter reducuntur ad ignorātiā elenchi: eo ꝙ peccat ɔtra contradictioneʒ. Omnes autez alie fallatie extra dictionem reducuntur i hoc ꝙ peccant contra diffinitioneʒ sillogismi. Et hec de fallatijs Petri hispani dicta sufficiant.

¶ Postq̄ȝ auctor supꝰ determinauit de vnaquaqȝ fallatia ſʒ se. Hic ɔsiter determinat de ipsis ꝑ cōparationē ad elēchum ostendendo qūo oēs deficiunt cōtra rationē elenchi: ꝛ per hoc reducunt̄ ad ignorantiā elenchi. Reducere autē fallacias ad ignorantiā elenchi est osñdere qūo q̄libet fallatia peccat ɔ̄ aliq̄ȝ differētiam elenchi siue hoc sit ratione sillogismi siue ratione cōtradictionis, cōtradictio, n, est vltima differētia elenchi: ꝛ sicut dr̄ia adueniens generi constituit speciem sic contradictio adueniens sillogismo dyalectico constituit elenchum.

Primo sciendū ꝙ ignorantia elenchi vt prius dictuʒ est accipitur dupl'r. Uno mō spāliter ꝓ omissiōe vnius illarum quattuor ɔ̄ditiarum elēchi, .s. ad idem ſm idē simul'r ꝛ in eodem tempore que sibi cōueniunt ratione cōtradictionis tm̄: ꝛ sicut ſm ignorātiaȝ elenchi sumitur vna fallatia spālis: sed illo mō nō accipit̄ hic nec ad ipsam alie fallatie reducunt̄. Alio modo non accipitur hic: nec ad ipsam alie fallatie reducuntur. Alio modo capitur generaliter ꝓ ignorātia cuiuslibȝ particule elenchi siue illa dr̄ia sit ex parte sillogismi vel contra dictionis: ꝛ hoc modo secūdum ignorantiam elenchi non sumitur vna fallatia specialis: sed hoc modo ignorātia elēchi cōmunis est ad omnes fallatias: ꝛ hoc mō accipit̄ h.

Secundo sciendum ꝙ omnes fallatie in dictione quantū ad suos ꝑalogismos hūt reduci ad ignorantiā elenchi cōiter acceptam. Et rō est: q: reducere ipsas ad ignorātiā elenchi est oñdere qūo oēs deficiunt ɔ̄ rōnē eiꝰ: ſʒ oēs fallatie in dictiōe peccāt ɔ̄ rationē elēchi: ꝙ pʒ in dictione. vñ ad rōnē sillogismi ꝛ cōtradictionis requirunt̄ vnitas rei ꝛ nois simul: ſʒ in equiuocatione amphibologia ꝛ figura dictiōis nō est vnitas rei q: ibi dictio vel orō accipit̄ ꝓ diuersis significatis, ꝛ multipliciter, simil'r i ɔpositione ꝛ diuisiōe nō ē vnitas vocis neque rei q: nō est ibi eadē oratio ſʒ modū ꝓferendi. et sil'r in fallatia accētus deficit vnitas rei ꝛ nominis simul, ꝛ sic omnes fallatie i dictione peccant contra elenchum.

Tertio sciendū ꝙ sil'r oēs ꝑalogismi fallaciaꝝ extra dictionem peccant contra elenchum. ad elenchum enim requiritur conclusionem de necessitate accidere hoc est sequi ex premissis: sed in falatia accedentis conclusio non sequitur de necessitate. ideo peccat contra rationem elenchi. ꝛ q: fallatia consequentis est pars fallatie accedentis: ꝛ nō tamen ꝑs subiectiua: ſʒ materialis: q: se hʒ vt inferius ad ipsam i rōne terminoꝝ in quibꝰ fit. iō cōsimiliter fallatia ɔ̄ñtis peccat contra rōnem elenchi. Sʒ paralogismi fallatie ſʒ qd ad simpliciter: ꝛ ignorātia elenchi non faciunt contradictionē simpliciter: q: in ipsis non est affirmatio nec negatio eiusdeȝ ꝺ eodem ad idē ſʒ idem similiter ꝛ in eodem tempore. iō pecadāt ɔ̄ elenchū ratione ɔ̄dictionis. Sʒ ꝑalogismi petitionis principij nō de necessitate ostendunt suam conclusionem: ſʒ i ipsis cōnumeratur qꝺ erat in principio. Sili' in fallacia nō cause vt cause non fit ꝓbatio ɔclusionis. iō ille fallatie peccant ɔ̄ sillogismū ꝓbatiuum. ꝛ per ɔñs ɔ̄ elenchum. Itē ad elēchum requiritur rōne sillogismi ꝙ q̄libȝ ꝑmissarum sit ꝓpositio vna: ſʒ in fallatia ſʒ plures interrogatiōes vt vnā nō sumit̄ ꝓpositio vna: ſʒ plures que non est ꝓpositio simpliciter: q: eadeȝ est rō ꝓpōis ꝛ ꝓpōis vnꝰ sicut ē eadeȝ rō hois ꝛ hois vnius. iō illa fallacia peccat ɔ̄ elenchū. Et sic patet inductiue quomodo omnes fallatie reducuntur ad ignorātiam elenchi per hoc quod paralogismi earuȝ habent aliquam causam defectus contra elenchum.

Quarto sciendū ꝙ in ꝑalogismis duplex reperit̄ causa defectus. Prima est ex parte rerum vel dictionum qbus fit disputatio ꝑ q̄ȝ omnes ꝑalogismi deficiūt ɔ̄ elenchū. Alia aūt repit̄ ex parte rñdētis q̄ est ignorātia ꝓꝑe cause defectus ipsiꝰ paralogismi ꝓpter quē rñdens decipit̄. ꝑma: est actiua respcū deceptiōis. secunda vero passiua: prima est eētialis paralogismis. secunda vero accñtalis ꝛ extrinseca. ꝛ lʒ illa sit accñtalis: tñ paralogismi non ꝑſit causare deceptioneȝ respōdētis sine tali cā defectus: ꝛ ideo in qualibet fallacia est vna cā defectus ex parte nr̄i vt posset videri inductiue. vñ in equiuocatione decipimur: eo ꝙ ignoramꝰ pluralitatem significatoꝝ dictionis actual'r eiusdē ꝛ in amphibologia ꝑ hoc ꝙ ignoramus diuersa significata orōnis actual'r vnius ꝛ sil' i qualibȝ fallatia ignorātia ꝓꝑe cause defectꝰ in respōdente est cā defectus ꝛ deceptiōis rñdentis. Ex ꝑdictis ꝗ manifestū est q̄ ꝛ quod sunt fallatie tā in dictione q̄ȝ extra dictionem: ꝛ que sunt cause apparentie ꝛ defectus earūꝫ ꝛ quot sunt modi in qualibet fallatia, ꝛ quomodo oēs reducūtur ad ignorantiam elenchi.

Sed contra predicta arguitur primo sic: i singulis fallatijs ostense sunt cause apparentie ꝛ defectus earum: ꝗ hic superflue determinat̄ de defectu earum. Secundo sic: passio soluȝ conuenit ſb iecto: sed ɔ̄dictio est passio enūtiationis. ꝗ non ɔuenit sillogismo: neqȝ elencho. ¶ Tertio sic: nullū ꝑfectū hʒ reduci ad imperfectuȝ, sed magis eɔ̄: sed fallatie in dictione ꝛ fallatia accñtis sunt perfectiores fallatia ignorātie elenchi: ꝗ. ¶ Quarto sic: in fallatia ignorantie elēchi infertur vera ɔtradictio in ɔclusiōe: ergo illa fallatia nō peccat ɔtra rōnē ɔ̄dictiōis. ¶ Quinto sic: in fallatia petitiōis ꝑncipij ɔñs necessario sequitur ex añte. ꝗ male dicit̄ in textu ꝙ i petitione ꝑncipij conclusio non accidit de necessitate.

Ad argumenta. Ad pmū dr̄. ꝙ lʒ priꝰ ostēse sint cause fallatiaruȝ ſʒ se: nō tamen ostensum est quō ille cause defectusꝰ faciunt defectum ɔ̄ rōnem elēchi. iō hic nō superflue determinat̄ de causis defectus fallaciarū ꝑ cōparationeȝ ad elēchuȝ. ¶ Ad secundum dicitur. ꝙ lʒ contradictio primo ꝛ per se soli propositioni cōueniat: tñ ex ɔ̄ñti pōt ɔuenire sillogismo rōne sue ɔclōnis aut̄ alicuius ꝑmissaꝝ aut q̄ ɔ̄dicit positioni rñdentis. ¶ Ad tertium dr̄. ꝙ lʒ fallatie in dictiōe sint ꝑfectiores fallatia ignorātie elenchi que ē vna fallatia spālis. non tñ sunt ꝑfectiores fallatia ignorātie elenchi vt est cōis ad oēs alias fallatias: q: illa eminēter ɔtinet i se cās oīuȝ aliarū fallaciaꝝ. ¶ Ad quartuȝ dr̄. ꝙ lʒ in ꝑalogismis ignorātie elenchi sit vera ɔ̄dictio in ɔclusione: tñ nō necessario infertur: ſʒ apparēter solū ex apparenti ɔ̄dictiōe ꝑmissaꝝ. ¶ Ad qntū dr̄. ꝙ lʒ i petitiōe principij ɔclō sequatur ꝺ necessitate q̄ȝtū ad illationē: non tñ oñdit̄ ꝺ necessitate q̄ȝtū ad ꝓbatiōeȝ vt ꝓbet ipaȝ eē necessariā ꝙ sit requit̄ ad veȝ elēchū iō ꝑ h̄ ista fallatia sicut oēs alie r̄ducit̄ ad ignorātiā elēchi. Et h̄ ꝺ fallaciis dcā

sufficiant.

¶ Tractatus septimus de paruis logicalibus incipit.

Orū q̄ dr̄r q̄dā dr̄r cū cōplone vt homo currit. Quedā sine complexione: vt homo: quia est terminus incomplexus.

¶ Iste est septimus tractat⁹ sūmulaȝ magistri pe. hi. in q̄ deteriat de puis logicalib⁹. ꝛ prio de quadā ꝓpetate termini q̄ suppō dr̄. qui q̄dē tractat⁹ ꝑma sui diuisiōe diuidit̄ i duas ptes. In pria. p. h. pōit aliq̄ ꝑambula valēna ad itelligēdū suppōnē ꝛ spēcies ei⁹. In scd̄a pte determiat de ipa suppōne. Scd̄a ps icipit ibi. suppō ē acceptio. Itē pria ps diuidit̄ i duas. in pria pōit duas diffōnes. In scd̄a pōit diffōnē termini. est ḡ pria diuisio talis. Voꝝ q̄ dr̄r q̄dā dr̄r cū ꝯplōne. vt hō currit. q̄dā sine ꝯplōne: vt hō p se vel aial p se. Cui⁹ diffōnis rō ē: qr cuilibet voci significatiue ad placitū cōrñdet cōcept⁹ simplex vel ꝯplexus. si primū sic sūt ea q̄ dr̄r sine cōplōne. si scd̄m sic sunt ea q̄ dr̄r cū cōplōne.

Primo sciēdū ꝙ hui⁹ tractatus sicut ꝛ aliorum quattuor sūt cāe. s. efficiēs. materialis formalis ꝛ finalis cā efficiēs sunt magri. p. h. ꝗ huīc tractatū a diuersis libus logice exbit. Cā materialis ē terminus suppōnēs q̄ dr̄ sbm attributiōis hui⁹ tractat⁹. Cui⁹ rō ē qr ibi ꝯsiderat̄ vox ꝛ significatio q̄ sūt pricipia termini supponētis ꝛ suppō q̄ ē ꝓpetas ei⁹. ꝛ terminus vlis ꝛ pticularis q̄ sūt ptes subiue termini supponētis. ḡ terminus suppōnēs ē sbm hui⁹ tractat⁹. Cā aūt formalis ē duplex. s. forma tractat⁹ q̄ ē diuisio hui⁹ tractat⁹ i duas ptes pricipales vt dcm̄ ē. Et forma tractādi q̄ ē diffinitiua. diuisiua ꝛ exēploꝝ positiua. Sȝ cā finalis ē duplex. s. itiuseca q̄ ē ꝯpleta cognitio termini supponētis. ꝛ extriseca est cognitio enūciatiōis ꝛ cuiuslibȝ argumētatiōis.

Secundo sciēdū ꝙ iste tractat⁹ ē vtilis ad cognoscēdū vitatē ꝛ falsitatē enūciatiōis qr suppositio ē q̄dā ꝓprietas ꝑ neiptoꝝ enūciatiōis. ex quorū mutatiōe sepe variat̄ vitas vel falsitas i enūciatiōib⁹. Est ēt vtilis ad argumētatiōes sophisticas cognoscēdas. ꝛ spālr̄ ad argumētatiōes fallacie figur̄ dictiōis q̄ pueniūt ex diuersa suppōne terminoꝝ. vn̄ aliq̄ hūc tractatū ordinant post tractatū fallaciaꝝ. et istud cōiter ē i plib⁹ textib⁹. sȝ melius vt vr̄ ordinādus ē post tractatū ꝑdicamētoꝝ. qr i isto tractatu dtermiat̄ de termino icōplexo sicut i tractatu ꝑdicamētoꝝ. valȝ ēt iste tractat⁹ ad noticiā enūciatiōis et fallaciaꝝ. ꝛ ḡnalr̄ ad noticiā cuiuslibet argumentationis.

Tertio sciēdū ꝙ hec diuisio ꝑꝑ aliū ꝛ aliū finē ponit̄ hic. ꝛ i anṫpredicamētis. qr i anṫpredicamētis ponit̄ vt p ipsā sciat̄ q̄ sūt reponibilia i ꝑdicamēto cuiusmodi sūt termini icōplexi. sȝ hic ponit̄ vt p eā sciatur qui termini supponunt. cuiusmodi sunt termini icōplexi. ꝛ qui non. cuiusmodi sunt complexi.

Quarto sciēdū ꝙ sicut dcm̄ ē in anṫpredicamētis ꝙ i diuisiōe anṫpredicamentali dicibile qd̄ est diuisuȝ capit̄ large vt idē ē qd̄ significabile p vocez ꝛ nō vt idē est qd̄ ꝑdicabile. ita in ista diuisiōe dicibile capitur large ꝓ omni eo qd̄ dicēdo ꝓfert̄. alias cōplexū non cōtineret sub diuiso. ꝛ per hoc pȝ titulus cāe ordo ꝛ vtilitas huius tractat⁹ ad precedentes.

Sed contra predicta argnit̄ ꝑmo sic. ista diuisio ē vnū anṫpredicamētū. ḡ nō dȝ hic poni. ¶ Scd̄o sic. icōplexū ē ps cōplexi. ḡ nō dȝ diuidi ꝯ cōplexū. ꝛ sic ꝑdcā diuisio ē isufficiēs. ¶ Tertio sic. terminus suppōnēs ē q̄d cōplexū. ḡ nō ē subȝ attributionis hui⁹ tractat⁹. ¶ Quarto sic. vnusq̄sq̄ tractat⁹ dȝ denoiari a suo subo attributiōis. sȝ iste tractat⁹ denoiat̄ a suppositiōe. ḡ suppō dȝ eē subm̄ attributionis ei⁹. ꝛ per ꝯñs terminus suppōnēs nō ē hic subm̄ attributiōis. ¶ Quinto sic. nullū ens p accn̄s est subm̄ attributiōis. sed terminus supponens est ens p accn̄s qr additur enti per se. ḡ terminus supponens non est sbm̄ istius tractatus.

Ad argumenta Ad primuȝ dr̄ ꝙ negat̄ cōsequētia qr diuisio simodi ponit̄ hr̄ i anṫpredicamētis: vt dcm̄ ē i tertio notabili. Ad scd̄ȝ dr̄. qd̄ distiguit̄ ꝯñs: qr icōplexū pt̄ capi dupli̅r. Uno mō formalr̄. s. p scd̄a itētiōe. ꝛ isto mō non est ps cōplexi imo formalr̄ distiguunt̄ cōplexuȝ ꝛ incomplexuȝ. Alio mō pōt capi materialr̄. s. p eo cui attribuitur intentio incomplexi. ꝛ sic bene est pars cōplexi materialiter sumpti nec illo modo diuiditur cōtra complexū. ¶ Ad tertiū dicitur. ꝙ lȝ terminus suppōnēs sit q̄d complexū sm̄ vocē: tamen est q̄d incomplexū sm̄ intellectū. ¶ Ad quartū dr̄. ꝙ non opȝ tractatū semper denominari a sbo attributiōis: sȝ q̄n̄q̄ denominatur a passiōe sbi sicut iste: q̄n̄q̄ a discipulo sicut liber platonis a Thimeo: q̄nque a parte subiectiua: ꝛ q̄n̄q̄ ab aliquo superiori. ¶ Ad quītū dr̄. ꝙ lȝ ens p accidens qd̄ est casuale ꝛ fortuituȝ non sit subiectuȝ alicui⁹ libri: tamen ens per accidens cuius additamentuȝ nō diminuit rationē eius cui additur bn̄ ē sbm̄ attributiōis alicuius tractatus: ꝛ sic est h̄ de termino supponenti.

¶ Terti⁹ mod⁹ vt hic sumit̄ est vox significans vniuersale vel particulare: vt hō vel sortes: ꝛ sic de aliis. Terminorum autem incōplexorū vnusq̄sq̄ aut significat substātiā: aut qualitatē: aut q̄ntitatē aut ad aliq̄d: aut agere: aut pati: aut vbi: aut q̄n aut situs: aut habit⁹. Significatio vt hic sumitur est rei per vocē sȝ placitū repn̄tatio. Quare cū ōis res aut sit vl̄is aut particularis oȝ dictiōes nō significātes vl̄e vel pticulare nō significare aliq̄d: ꝛ sic nō essent termini vt hic sumit̄ terminus: vt signa vl̄ia vl̄ pticularia. Significationū alia est rei substātiue. ꝛ hec fit per nomen substantiuū: vt hō. Alia est rei adiectiue: ꝛ hec fit per nomen adiectiuum vel per verbum: vt currit vel albus que non ꝓprie est significatio substantiua vel adiectiua: sȝ significat aliquid substantiue vel adiectiue. Et significare aliquid adiectiue vel substantiue sunt modi vocum: quia adiectiuatio ꝛ substantiuatio sunt cōpotes modi ꝛ differentie rerum que significantur ꝛ non significationes. Nomina vero substantiua dicuntur supponere: sed nomina adiectiua vel verba dicuntur copulare.

¶ Postq̄ȝ auctor superius posuit diffinitionem dicibilis. Hic consequenter ponit diffinitionē termini dicēs ꝙ terminus est vox significās vniuersale vel particulare. In qua diffinitione ponitur vox loco generis: deinde additur vniuersale vel particulare. i. rem vniuersalem vel particularem ad differentiam sincathegorematū priuationū ꝛ negationum que non sunt termini vt h̄ capitur terminus. nec illis conuenit supponere aut copulare. vnde pȝ ꝙ signa vl̄ia vl̄ particularia: vt omnis nullus aliq̄s non sunt termini: vt h̄ sumitur terminus: quia signa vniuersalia vel particularia nō significant rem vniuersalē vel particularem: sed significant quomō vniuersaliter pro quanto denotant terminuȝ cōem: supra q̄uem cadunt teneri vniuersaliter. i. p oibus suis suppositis vel particulariter. i. pro aliquo.

Primo sciendum ꝙ terminorum incomplexoruȝ vnusquisq̄ȝ aut significat sbam aut qualitatem ꝛc. que quidem diuisio termini incomplexi ponit̄ in textu: ꝛ ēt habetur in principio predicamentorum: sed propter alium finem habetur ibi ꝛ in isto passu. nam in predicamentis ponitur ad cognoscendum numerum ꝑdicamentorū: hic aūt ponitur ad cognoscendū numerū ter-

minorum supponentium. vnde ibi non diuiditur terminus incomplexus in tota sua communitate alias membra simul sumpta non conuertentur cum diuiso: sed solum diuiditur terminus incoplexus significans rez vniuersalē vel particularez reponibilē in pdicamento. Ista aūt diffinitio est h ad duo necessaria. Primū est ad videndū rem significatā p terminū cuiꝰ nature pdicamentalis sit. Scdz est q: posteriꝰ dicet q nois substantiua supponūt: noia vero adiectiua τ ēt verba copulāt τ appellāt. h aūt sciri non pt nisi ex pte rez significataz p terminos: nō ista diuisio secūdario vz ad sciendū q termini supponūt τ q copulant.

Secundo sciendū q auctor ꝯñr pōit diffinitionē significatiōis termini dicēs q significatio termini ē rei p vocez s3 plurimū repsentatio. In qua diffōne ponit repsentatio loco gñis. deide ponit rei ad dr̄az significatiōis dictionū sincathegoreumaticarū: q̄ gdē dictiōes nō significāt res s3 dispōnes rez τ ibi capit res p illo qd pt alteri illoz subiici vel de altero pdicari. deide ponit p vocez ad dr̄iam significationū scripturarū. vltio ponit s̄m plurimū ad dr̄iam significatiōis nālis τ sic p3 itellectꝰ diffōnis ex qua ifert auc or ꝯtextu q cum ois res sit vlis vel pticularis os dictiōes nō significantes vlē vel pticulare. i. rem vniuersalē vel pticularem nihil significāt: vt h sumitur significatio. τ sic nō esse terminos vt vt h capitur terminus. vñ aliter determinatur h de incōplexis τ in libro pdicabiliū τ pdicamentoz: q: in illis determinatur de icomplexis sub rōne pdicabilis vel ordinabilis in gñe. h aūt determinatur de ipsis in habitudie ad rez quā significāt s3 quā ipsis cōuenit supponere vel copulare appellare τ restringere τ ampliare.

Tertio sciendū q duplex est significatio: q̄daz est naturalis sicut passiōes i aīa nr̄a existes naturaliter significāt res quaz sunt expsse similitudines: τ d̄ tali nō itelligit h. Alia est significatio ad placitū. τ talis est duplex q̄dā est pmo τ p se ad placitū sicut est significatio platay vocū significatiuaz ad placitū: τ talis solū h diffinit. Alia est ad placitū secundario siue ex cōsequenti: τ de tali nō est h ad propositum.

Quarto sciendū q vt dr̄ i textu significationum alia est rei substātiue q̄ fit p nomen substantiuū alia rei adiectiue q̄ fit p nomen adiectiuū seu semper verbū. Cuiꝰ diuisiōis rō est: q: ois res significat vt in se aut in alia. Si primū sic est significatio substātiua. Si scdm sic est significatio adiectiua. vñ hec diuisio sumit ex parte rei significate. q: substantiuatio τ adiectiuatio sunt modi rez: nō tñ absolute s3 rez significataz p terminos: co q est eadez res q̄ i accidentibꝰ significat p adiectiuū τ substātiuū: sicut p albū τ albedinez. τ tñ in vno est significatio adiectiua: τ in alio substātia. albū. n. significat formaz accidentalez vt alteri inherentez: albedo vero eā significat vt p se stantez τ nō vt alteri iherentem. Ex qbus patet quid est terminus: τ qd sit significatio termini: τ quō diuidit significatio: τ que est diuisio termini.

Contra predicta arguit pmo: vniꝰ rei ē tā tū vna diffinitio. s3 termini est alia diffō. s. q terminus est oro idicās qd est esse rei. g h nō est sufficiens. ¶ Scdo sic: ꝯ diffōnes significationis: q: si eēt sufficiens sequeret q termini vl̄es nihil significarent: ꝯñtia p3: q: nō pñt significare nisi rez vlez: sed nulla res ē vlis ex pte rei. g termini cōes nihil significāt. ¶ Tertio sic ois τ nullꝰ aliqd significāt. s. ꝯtitatez: τ tñ nō repñtāt rē s3 plin. g diffō nō ꝯuēit oi ꝯtēto sb diffinito. ¶ Quarto sic h diffō nō ꝯuēit significatiōi passionū q̄ sut i aīa: nec significatiōi scripturaz. g nō ꝯuenit oi cōtēto sb diffinito. ¶ Quinto sic: si ista diffinitio eēt sufficiēs sequeret q termini scde itētiōis nihil significarēt qd ē falsū. ꝯñā p3 q: nō repñtant rē: sed ens rōnis tantum.

Ad argumenta Ad primū dr̄. q terminus vt sufficit in pposito capit duplr. vno mō p diffinitiōe qdditatiua rei. τ isto mō accipitur ab Aristo. pº thopicoz. vbi dr̄ q terminus ē oro indicās qd ē eē rei p essētialia. Alio mō capit terminus p eo i quē resoluit ppō: τ isto mō accipit ab Aristo. i pº poz τ i Pe. hir. i pmo tractatu vbi dicit q q̄dā ppōnes cathegorice pncipāt vt ī oqz termio: τ ēt i isto tractatu i pnti diffinitiōe. ¶ Ad. 2. dr̄ q negat ꝯñā: τ ad pbationem dr̄ q res a pte rei sūt vlēs in potētia: s3 non s̄m actum vlitatis. ¶ Ad. 3. dr̄. q negat maior: τ ad pbationē dr̄ q nō significāt ꝯtitatē pprie dictā q̄ est res nature. s3 significant ꝯtitatez metaphorice sumptā q̄ non est res vt ibi accipitur. ¶ Ad. 4. dicit. q solutur ex tertio notabili. ¶ Ad. 5. dicitur. q termini secunde intentionis significant rem habentem esse rationis: sed non habentē esse reale: τ hoc sufficit ad hoc q habeāt significationē ad placitum. de quo est hic ad propositum.

¶ Suppositio est acceptio termini substantiui p aliquo. Differunt aūt suppositio τ significatio: q: significatio fit per impositionem vocis ad significandum rem. Suppositio est acceptio termini iā significantis rem pro aliquo: vt cum dr̄ homo currit. iste terminus homo tenetur stare pro sorte platone: τ sic de aliis. Unde significatio prior est suppositione τ differūt in hoc. quia significatio est vocis: suppositio vero ē termini iam compositi ex voce τ significatione: ergo suppōere τ significare nō sunt idem: sed differunt per locum a coniugatis. Item significatio est signi ad signatū. suppositio vero est supponentis ad suppositum ergo suppositio non est significatio. Copulatio est acceptio termini adiectiui pro aliquo.

¶ Postq̄ auctor posuit diffinitionē termini τ significationis τ ēt deffinitiones eoꝝdez. Hic ꝯñr diffinit suppositionē dicens. Suppositio ē acceptio termini substātiui p aliquo vñ in pdicta diffinitiōe ponit acceptio loco generis: τ ponit termini substantiui ad dr̄iam copulatiōis q̄ est acceptio termini adiectiui. τ ponit p aliq. i. p re significata ad dr̄iam suppōnis grāmaticalis q̄ est relatio suppositi ad appositū. de qua non est hic ad ppositū: τ ille ablatiuus aliquo non tenet in diffinitiōe p particulari supposito. sed tenetur cathegorice p re vel ente. vnde patet q diffinitio pdicta est sufficiens. τ posset pbari per cōditiones bone diffinitionis que sibi conueniunt.

Primo sciendū q suppositio pt capi duplr. vno mō p suppōne reali sic dicimꝰ q paries supponit fundamentum. τ de tali non est hic ad ppositū. Alio modo potest capi vt est proprietas vocis significatiue τ talis est duplex. q: pōt capi vt est relatio termini supponentis ad rem suppositā que suppositio est in termio actiue: sicut in eo qd ponit sub se rem significatam per ipsū τ est in re passiue: τ sic de suppositione est hic ad propositum. Alio modo potest capi vt est relatio suppositi ad appositum. sicut in grāmatica nomen supponit verbo. τ de tali non est hic ad propositum.

